Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

1,-357

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 8°

1 1 01 0 8 03511 3

+REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Ignoti Philalethis
SCHEDIASMATUM
APOCALYPTICO-
RUM,

ſive,

de nonnullis, ad

APOCALYPSEOS

Interpretationem intellectumq;

Spectantibus,

LIBRI TRES,

HAFNIÆ,

Literis *Juſtini Hög*, Academ. Typogr.

Anno 1697.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Apoc. 1, v. 3.

Beatus qvi legit, & qvi audiunt verba prophetiæ hujus.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

DEDICATIO.

Illuſtriſſimis & Excellentiſ-
ſimis Heroibus ac Dominis,

Dno. CONRADO
DE REVENTLOW,

Dno. de Callöe, Friſenwold
& Löyſtrup,

Eqviti Aurato,

Sereniſſimæ Regiæ Majeſtati Daniæ
& Norvegiæ, a Conſiliis intimis,

Supremoqve venationis Re-
giæ præfecto,

juxta ac

Academiæ Regiæ Hauuienſis Con-
ſervatori:

nec non,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Dno. MATTHIÆ MOTH,

Eqviti Aurato,

Sereniſſimæ Regiæ Majeſtati Daniæ
& Norvegiæ, a Conſiliis intimis,
Supremo Secretario,
Status, Juſtitiæ & Cancellariæ
Conſiliario:

Utriq;

Literarum, Literas amantium,
&
meæ qvoq; tenuitatis,
Magnis Mæcenatibus,
Benigniſſimisq;
Fautoribus atq; Patronis,
Sempiternam,

Cun-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Cuncta poſſidentis regentisqve,
Numinis æterni,
Gratiam & favorem:
Diuturnam, eamq; florentiſſimam
vitam,
& qvamvis aliam,
exoptatam proſperitatem, felicitatemq; apprecatus:
hoc leve parvumqve
opuſculum,
me & mea cuncta,
ſimul
qvam demiſiſſime tradens
Commendansq;,
offero conſecroqve
AUCTOR.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

In Schediaſmatum Triadem, ſive primam editionem, Cenſura

Plurimum Venerandi, in Chriſto Patris, Eminentisſimi, Ampliſſimi & Nobilisſimi Selandiæ Epiſcopi, Doctoris Henrici Bornemanni.

E cantu ſuo facile dignoſcitur avis, etiamſi non viſa, & e ſcripto ſuo pariter eruditisſimus auctor, etiamſi non nominatus. Qui vel in tribus hiſce ſcholis, ſe præſtitit ſui ſimilem, & cum Chilone, παῦρα μὲν ἀλλὰ σοφὰ προσφθέγγεται οὐ πολύμυθος. *Hauniæ die 22 Decembris, anno 1695.*

H. BORNEMAND D.

In hanc poſteriorem editionem, ſive tres libros Schediasmatum, Cenſura,

Plurimum Venerandi, Ampliſſimi & Nobiliſſimi, D. Johannis Bartholini, SS. Theologiæ, in Regia Academia Haunienſi, Profeſſoris P.

Ut auctiores jam in publicum prodeunt, Clarisſimi & Celeberrimi AUCTORIS, Schediasmatum Apocalypticorum *libri; ita auctiorem quoq; merentur laudem, atq; majorem applauſum. Hafn. d. 23. Novemb. Anno 1696.*

JOH. BARTHOLINUS Thom. Fil.

Ad Benevolum Lectorem,
Admonitio.

QVandoqvidem Trias Schediasmatum, Apocalypſeos ad interpretationem manuducentium, qvam ante Phosphorum Apocalypticum, anno ſæculi 1695. prima vice imprimi curavi, eſt diſtracta, nec in bibliopoliis ampſius facile reperitur: ideo a qvibusdam amicis rogatus, novum tibi nunc Benevole lector, ejusmodi Schediasmatum hocce exhibeo opuſculum: de qvo ſeqventia admonenda duxi. *Primum* eſt, hacce in Schediasmatum nova editione, & opuſculo, qvod multis partibus auctius eſt priore, & pro tribus ſimplicibus ſchediasmatis, juſtos tres ſchediasmatum proponit libros, errata, qvæ in primam irrepſerant editionem, eſſe ſublata: *Alterum* eſt, omnia qvæ in prima habebantur editione, præter errata & menda, hic qvoq; ſuis reperiri locis, & ubi ſint invenienda, in adjecto circa finem ſcripti, alphabetico indice oſtendi. *Tertium*, de qvo viſum eſt, monitionem fieri debere, hocce eſt: qvod legen-

tem

tem hocce ſcriptum, ſæpe ad prædictum Phos-
phorum remittam, illud neceſſitatem mihi
extorſiſſe, & ne repeterem, qvæ antea illic e-
rant dicta: qvippe qvod, tum mihi admo-
dum oneroſum fuiſſet, tum ſcriptum hocce
prolixius reddidiſſet, qvam aut meum inſti-
tutum, aut eorum expenſæ, qvi opuſculum
hoc typis excudi curarunt, tuliſſent permiſiſ-
ſentq;. *Ultimum* eſt, ſi qva parte, hujuſce lu-
cubrationis in negotiis, qvæ cuncta non ipſius
fidei, ſed circa fidem exiſtunt, a communi-
bus opinionibus diſſenſero, meam me nemini
obtrudere ſententiam, omniaq; aliorum do-
ctiorum examini ſubjicere & ſtudio. Hæc
te ſcire volens, Benevole Lector, memet tuo
favori, ambos autem noſmet divinæ trado
gratiæ. Scripſi anni 1696. die 16. Auguſti.

AUCTOR.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

LIBER PRIMUS.

De nonnullis recentioribus Apocalypſeos interpretibus, nec non Apocalypſeos argumento, methodo & aliis.

SCHEDIASMA I.

De Hofmanni Machæropœi Apocalypticis meditationibus, aliisqve recentiorum in Apocalypſin ſcriptis.

I.

ROgato ſententiam dicere, Matthæi Hofmanni ſive Machæropœi, qvi Wratiſlaviæ, primus poſt pacem Osnabrugenſem, Lutheranꝰ fuit verbi divini miniſter, Apocalypticis de meditationibus, & præcipuè ejus de Chronotaxi: atq; ſimul etiam enarrare, qvi ſive pro aut contra ipſum ſcripſere, ſive aliàs notatu digna ſuper Apocalypſi nuper edidere, hæc de illis venerunt in mentem. Qvæ in Hofmanni Clave Apocalyptica habentur,

eorum pauca ullius ſunt pretii utilitatisq;, pleraq; autem omnia vana, ſomniisqve conſimilia; & forſan ab auctore ipſomet non ſunt ſcripta, ſed poſt ejus mortem ſive ficta, ſive interpolata atq; corrupta, ab aliisq; pro Hofmannianis falſo venditata. Chronotaxis tamen Apocalyptica ejusdem Hofmanni, qvam mihi qvoqve commendavit Vir Ampliſſimus atq; Nobiliſſimus D. Maſius, multo uberrimam meretur laudem. Siqvidem ſine vera temporum Apocalypticorum ratione atq; notitia, cujus genuinam viam, primus in hoc ſcripto, aliqvatenus detexit Hofmannus, & ſine cæteris potioribus ejus principiis, in eodem ſcripto monſtratis, Apocalypſeos verum, ſpecialem & propheticum ſenſum, in plerisq; impoſſibile eſt, aut explicare aut intelligere. Ideoq; & illi qvi aut ante Hofmannum, in Apocalypſin ſunt qvid commentati, aut poſt ipſum qvidem id fecere, ejus tamen conſilia & methodum in Chronotaxi monſtratam, prorſus neglexere, ſpecialem & propheticum Apocalypſeos ſenſum, niſi in perpaucis extra temporum ſeriem, capite 12. 13. 14. 17. & 18. propoſitis, fere ex toto ignorarunt, ejusq; pæne nihil viderunt. De memet qvoq; fateri debeo, qvamqvam viginti & amplius annis Apocalypſi intelligendæ invigilaveram, tamen anteqvam Hofmanni Chronotaxin legiſſem, Apocalypticarum prophetiarum, præſertim in capitibus undecim prioribus, vix verſum ſive lineam, in ſua genuina ſpeciali & prophetica intellexiſſe ſententia,

neq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

neq; uberioris meliorisq; intellectus ſpem ullam mihi fuiſſe: nihil juvante Calovio in Bibliis illuſtratis, Matthia Hoeo, Kromayero, Johanne Lucio, Joſepho Medo, Henrico Moro & aliis, viris cætera doctisſimis, ipſorum in Commentariis expoſitionibusq;: qvippe qvibus plerorumq; negotiorum chronotaxis ſive vera temporum ratio ordoq;, ſine qva conatus interpretandi, ſicut dixi, in plerisq; nullum habere poteſt ſucceſſum, & fruſtra tantum ſuſcipitur, aut ne audita qvidem eſt, aut ſi audita qvidem eſt, ne credibilis qvidem viſa & habita eſt: ideo verum & genuinum ſenſum ſæpius obſcurantibus, rarius autem illuſtrantibus. Ut vero annô 1689. grandi & ſtupenda ejus anni, per Britanniam magnam, mutatione factâ invitatus, dictam Hofmanni Chronotaxin accuratius diligentiusq; perlegere atq; conſiderare cœperam, tum demum, de intellectu libri hujus prophetici & Johannæi, ſpem aliqvam me concepiſſe & qvaſi reſpirare cœpiſſe. Manet ergo, Hofmanni Chronotaxin, ſcriptum eſſe utiliſſimum laudeq; digniſſimum.

2. Nihilo tamen minus, certum etiam eſt, Hofmanni eandem Chronotaxin, utut alias ſummum laudis meritam præconium, habere tamen qvæ caſtigationem mereantur qvoq;, & pæne totum ejus inſtitutum turbant. Inter qvæ duo ſunt præcipua. *Unum* eſt, qvod non diſtinxerit ſatis, inter Apocalypſeos periodos chriſtianas & antichriſtianas, easq; in unum qvaſi confuderit: cum magnum tamen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

inter easdem ſit diſcrimen: qvippe nec eandem in Apocalypſi peculiarem habentes ſedem, nec eandem qvantitatem, nec idem initium finemqve: de qvibus vide qvæ in Schediasmatis ſecundi num. 26. hic dicta ſunt & propoſita. *Alterum*, qvodq; adhuc gravius eſt, hocce exiſtit, qvod periodos Chriſtianas juſto faciat majores, nempe unamqvamqve ponens eſſe annorum 343. Id qvod veritas neutiqvam patitur. Nam qvod Schediasmate XI num. 21. & 26 eſt demonſtratum, periodorum Chriſtianarum, excepta ultimâ, cujus qvantitas ignoratur, nulla trecentis major eſt annis. & qvod maxime probabile, ſicut ibidem num. 28 & 29, oſtenditur, occurrit, nulla qvoqve eſt plusqvam 294 annorum. Error autem hic Hofmanni, qvo periodos ita ut dictum eſt, nimis conſtituit magnas, eſt perqvam gravis & qvi Hofmanniana plane turbat tandem. Facit enim, ut periodum qvintam ducentis circiter annis, inchoet ſerius qvàm revera incepit. Unde in periodo qvarta & præcipue in qvinta, ultra qvam progredi Hofmannum, mors obrepens non permiſit, maxima confuſio. Qvanqvam enim nihilo ſecius periodos qvatuor primas, apte & ſcite in plerisq; interpretatur, errore ibi, qvia pauciorum eſt annorum, præcipue in tribus prioribus periodis, non admodum pateſcente: tamen in qvarta eminere incipiens, ita pervertit & confundit qvintam, ut in ea omnia ſurſum miſceat & deorſum: atq; intolerandô vitiô, locuſtas tubicinii qvinti explicet de Jeſuitis:

iis: cum veræ & genuinæ Apocalypſeos locuſtæ, plusqvam trecentis annis præceſſerint Jeſuitas, genuinamqve ſeqvendo chronotaxin, reperiantur eſſe monachi mendicantes, qvorum principes erant Dominicani & Franciſcani, qvi unà cum vero initio qvintæ periodi, nempe paulo poſt annum 1200. emerſerunt. Qvô tempore eos emerſiſſe, atq; ingentes eccleſiæ Chriſtianæ peſtes fuiſſe, Hoſpinianus de origine monachatus, Uſſerius de ſucceſſione eccleſiarum, aliiq; plures oſtenderunt.

3. Atq; hi ſunt potiſſimi Hofmanni in Chronotaxi ejus errores, & qvi ejus inſtitutum magna ex parte perturbarunt. Demtis autem illis erroribus, & qvæ ex illis neceſſario conſeqvuntur, interpretationibus falſis, cætera Hofmanni in ejusdem Chronotaxi, pleraq; & ſana ſunt, & Apocalypſin ad explicandam non utilia modo, ſed & prorſus ac plane neceſſaria ſunt, ut & antea dixi.

4. Qvod verò nunnulli, id qvoq; pro capitali errore, in Hofmanni habent Chronotaxi, qvod inſertas capite Apocalypſeos 2. & 3. epiſtolas ſeptem, affirmet eſſe propheticas, & prædicentes ſtatum ſeptem eccleſiarum generalium, usq; ad finem mundi: id longe ſecus habet. Nullus enim in illo eſt error, dummodo epiſtolas illas, ſimul propheticas, ſimul hiſtoricas habeamus; hiſtoricas qvidem qvatenus indicant ſtatum ſeptem eccleſiarum Aſiaticarum, qvæ Johannis Apoſtoli tempore exiſtebant: propheticas autem, qvatenus ſimul depingunt ſeptem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

generales eccleſias, qvæ in ſeptem periodis Chriſtianis ſibi invicem, ad judicium usq; extremum ſuccedent: ut ſic ſeptem Aſiaticæ eccleſiæ, ſeptem generalium eccleſiarum typus exiſtant. Neq; abſurdum cenſeri debet, typos qvoq; in Novo reperiri Teſtamanto Nam ejus alia qvoq; occurrunt exempla Velum enim templi, in morte & paſſione Chriſti ſciſſum, typus erat ejus, qvod qvæ hactenus in lege cæremoniali Chriſtum obſcure adumbraverant, morte Chriſti eſſent abroganda & qvaſi conſcindenda. Atq; in eadem morte Chriſti factus terræ motus, futurarum mutationum, nec non lapides diſſilientes, cordium lapideorum in converſione ad Chriſtum, ſcindendorum erant typus. *Glaſſius* Philologiæ libro 2. pag. 416. ficum Matth. 21. exareſcentem, ait typice monſtraſſe futurum Iſraëlitici populi excidium. Atqve *Gerhardus*, locô de extremo judicio; numero 86 ſigna vaſtationem Hieroſolymæ præcedentia, atq; Lucæ 21. memorata, dicit fuiſſe typum ſignorum diem extremum præceſſurorum. Nihilo magis abſurdum cenſeri debet, ex eo apocalypticarum epiſtolarum intellectu conſeqvi, eas duplicem habere ſenſum, alterum hiſtoricum, alterum propheticum. Nam alia qvoq; ejus etiam rei, ſacris in Scripturis habemus exempla. Verba enim Exodi 12. v. 46. Os agno non confringetis, omnino duplicem talem habent ſenſum: alterum hiſtoricum de agno paſchali, & alterum, ipſo Johanne Evangeliſta cap. 19. v. 36. interprete, prophe-

phe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

pheticum de ipſomet Chriſto. Atqve conciliari hoc facile cum eo poteſt, qvod Theologi vulgò negant, unius dicti duplicem eſſe poſſe ſenſum. Nam id intelligunt de duplici ſenſu toto, pleno & integro: Licet enim ſenſus totus plenus & integer unicus exiſtat, ex pluribus tamen partialibus & ſemiplenis, qvales hîc hiſtoricus ſunt atq; propheticus vel myſticus, conſtare poteſt: ſicut unà cum Hulſemanno Scherzerus in Breviario Hulſemanniano, ubi de variis Scripturæ agitur ſenſibus, docet oſtenditqve.

5. Tantum de Hofmanno ipſo. Qvod ad illos attinet, qvi ſive aut pro Hofmanno aut contra ipſum ſcripſere: ſive alias notatu digna de Apocalypſi nuper edidere: accepi Loniſium qvendam in Germania, juxta methodum Hofmanni Apocalyptica qvædam conſignaſſe & edidiſſe. Sed ea nec vidi nec legi. *Heuniſchium* legi, qvi diverſa ſecundum Hofmanni methodum, elaboravit ediditq; ſcripta. Qvorum unum, complectitur Notas in Hofmanni Clavem Apocalypticam, ſed perpauca habens, qvæ ullius ſunt momenti. Melius ejus ſcriptum eſt Germanicum illud, qvod Antichiliasmum appellat. In eo Hofmanni veſtigia premens, præclare & vere dicta, qvæ haud temere apud alios reperias, habet multa: ſed cum illis qvoq; qvod dolendum, ſimul non pauca falſa: ut errorem interpretantem locuſtas de Jeſuitis; & alium, qvi Papatus initium nimis abſurde refert, ad octavum à Chriſto nato ſæ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

culum. *Aletophilus* qvidam in Nucleo mellito, qvem Noribergæ anno 1689. in Octavo ut vocant, imprimi curavit, in nonnullis ſeqvitur Hofmannum, in aliis ab eo diſcedit. *Calovius* in Bibliis illuſtratis, Hofmannum nunc laudat μακαρίτην appellans, nunc culpat, falſum prophetam vocans. *Joh. Lucius* prolixo & non indocto opere Germanico, in Apocalypſin editô, ſæpe recitat Hofmanni verba & ſententias, ſed plerumq; eas rejicit: idqve ut plurimum, qvod in iis non ſatis intellexerit Hofmannum. *Joh Markius* Reformatus Doctor, Commentario in Apocalypſin, Hofmanni profeſſum & acerrimum ſe declarat hoſtem, præcipue in periodis ejus oppugnandis. Sed eum magis adoritur, aut meris frivole pro auctoritate ſua prolatis, ſuismet aſſertionibus, aut irriſionibus & conviciis, aut ſophismatibus, aut deniqve levibus qvibusdam ratiunculis argutiolisq;, qvam argumentis ſolidis: alias qvoq; nimis ſe inflatum, tumidum & temerarium oſtendens: & cui in oppugnandis, immo & exſibilandis à ſemet diſſentientibus, inter graviſſima argumentorum pondera ſolet eſſe, ſic mihi videtur, & ego ſic dico: ſæpiusq; in more, falſas & intolerabiles, qvàm veras aut ſaltem tolerabiles amplecti expoſitiones. Poſſunt qvoq; tandem adhuc plures eſſe, qvi de Hofmanno egere, ſed qvi mihi non innotuerunt.

6. Ad alios deniq; qvod ſpectat, qvi de Apoca-

lypſi

lypſi notatu digna ediderunt nuper, ut aliqvos tantum potiores commemorem: omnino legi meretur ſcriptum Gallicum *Jurii*, de complemento prophetiarum, qvod exſtat qvoq; Germanice interpretatum. Legenda autem potiſſimum eſt poſterior editio, qvæ multò auctior eſt priore. Ideo autem hocce ſcriptum Jurii legi meretur, qvod phialas apocalypticas intelligendi viam, antea prorſus & penitus ignoratam, primus in eo ſcripto aliqvatenus detexerit: intercurrentibus qvidem erroribus iisq; non parvis, ſed qvi veniam tamen merentur, utpote illius qvi primus hoc tentavit iter. Diverſi ejusdem cum Jurio religionis ſocii, nempe Reformati, oppugnarunt qvidem ejus de phialis ſententiam. Sed iis poſtea Jurius, in Apologia pro Complemento prophetiarum, ut accepi, reſpondit. *Markius* ſuo Apocalyptico in Commentario, ejusdem Jurii de phialis infeſtans doctrinam, ſuo qvem antea memoravi, utitur more. Neq; contemni debet *Heideggeri Babylon magna.* Nam in ea auctor, corrigit illum vulgarem errorem, qvò Babylon Apocalyptica, putatur eſſe tantum urbs Roma, oſtenditq; potius eſſe hierarchiam Romanam, adeoq; regnantem Romanæ Eccleſiæ Clerum, qvi revera diverſus eſt ab urbe Roma, & licet in ea regiam ſuam habeat, alibi tamen reperitur qvoq;. Habetq; in eo Heideggerus Apocalypſin ipſam, manifeſto ſibi ſuffragantem: qvippe qvæ meritricem magnam id eſt Babylonem, Apoc. 17. v. 14. clare diſtingvit à loco ſeptem mon-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

tium ſive Roma urbe, tanqvam meretricis ſede principali & potiſſima, adeoq; regia & metropoli. Omnino enim diverſa ſunt ſedes vel locus, & qvod eſt in illa ſede vel loco.

7. Permulta qvoqve de Apocalypſi obſervatu digniſſima monuit, Vir Ampliſſimus atq; Nobiliſſimus D. *Wandalinus*, in doctiſſima & eruditiſſima ſua Chiliasmi conſideratione. Juxta ac Nobiliſſimus *Sandenhagius* in decade prima epiſtolarum, atqve introductione Germanica in Acta Chriſti & Apoſtolorum: nec non Ampliſſimus atqve Celeberrimus D. *Spenerus*, in Germanice edita Defenſione ſpei, de melioribus futuris temporibus, aliiqve Germani ſimilibus ſuis in ſcriptis. Epiſcopus qvidam Britannus fertur ſcriptum in Apocalypſin & utile & permagnum nunc imprimi curare. Sed nondum aſpexit lucem. Qvæ *Witſius* in Miſcellaneis ſuis ſuper epiſtolarum apocalypticarum propoſuit ſenſu, commendari mererentur, niſi, qvod potiſſimum oporteret qværi ſpectariqve, nimirum veritas, magna ex parte in illis deſideraretur. Certum enim eſt, principalem Witſii concluſionem eſſe falſam, nempe qva contendit, ſenſum illarum epiſtolarum eſſe mere hiſtoricum, in illisq; unice agi de Aſiaticis ſeptem eccleſiis: cum ex Apoc. 1. v. 20. & cap. 2. v. 1. & ſeqventibus, nec non epiſtolarum illarum contextu manifeſtum ſit, eas qvoqve proponere myſterium ſeptem lychniarum & ſeptem eccleſiarum: illudq; myſterium, ut ex Apoc. 1. v. 20. nec non cap.

22. v.

22. v. 16. liqvet, Apocalypſeos totius ſit argumentum. Eſtne enim vel verum vel veriſimile, ignobiles maxima ex parte ſeptem Aſiæ eccleſias, & qvarum plerarumq; in cætera antiqvitate eccleſiaſtica, vix exſtat memoria, totius apocalypſeos eſſe argumentum? Et nulla, in Witſiana illa Diſſertatione, ſolida eſt ratio, qvæ evincat, illis in epiſtolis ſolas ſeptem Aſiaticas eccleſias, & non potius una cum eis ſeptem eccleſias generales intelligi ſignificarique. Eſt & inter recentiſſima in Apocalypſin edita ſcripta, *Boſſuetti* Epiſcopi Meldenſis in Gallia, Explicatio Apocalypſis, anno 1690 Gallicè edita ſed Papiſticis unice ſerviens hypotheſibus, eoq; tantum facta atq; comparata, ut novis qvidem meditationibus, ſed ſimul falſiſſimis abſurdiſſimisq;, apocalypticarum prophetiarum de antichriſto, nec non Babylone magna, ſenſum verum obnubilet atq; obſcuret. Refutarunt eam ex Reformatis *Boyerus* in libro Gallico, qvi dicitur Condemnation de Babylone, & Anonymus in ſcripto, qvod vocat, Reflexions ſur l'explication de l'Apocalypſe de Mſr. l'Eveqve de Meaux, id eſt Obſervationes ſuper Epiſcopi Meldenſis expoſitione Apocalypſeos. Sunt & adhuc plures recentiores, qvi de Apocalypſi meditationes nuper edidere. Sed dixi me poriores duntaxat qvosdam eſſe memoraturum. Reliqvi etiam aut parvi ſunt ponderis, qvalium non paucos poſſideo, aut ad meam non pervenerunt notitiam. Si qvis autem vehementius eos diſcupiverit ſcire, eam noti-

titi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

titiam in illis ſcriptis, qvorum eſt inſtitutum, qvoslibet libros, bonos, malos, mediocres, commemorare, poterit qværere: veluti in Diariis, Actis, Relationibus, Hiſtoriis eruditorum Pariſienſium, Lipſienſium, Roterodamenſium, Amſtelodamenſium, aliorumqve.

SCHEDIASMA II.

De Apocalyſeos ſcopo, methodo partitione & interpretatione.

I.

Ab iis qvæ de recentioribus in Apocalypſin ſcriptoribus, hactenus ſunt acta, progredimur ad ejusdem ſcopum, methodum, partitionem & interpretationem. Scopus ſive inſtitutum Apocalypſeos eſt, qvæ Johannis Evangeliſtæ, Apocalypſin hancce ſcribentis tempore, adhuc erant futura, in eccleſia Chriſtiana, & præcipue eâ eccleſiâ Chriſtianâ, qvæ Romano imperio fuit aut foret ſubjecta, docere atq; prædicere. Huc enim omnia qvæ in ipſa leguntur tendunt. Qvod *futura* apocalypſis doceat prænuncietq;, titulus oſtendit libri: Apocalypſis Jeſu Chriſti, qvam dedit ei dominus, ut oſtendat ſervis ſuis, qvæ brevi oportet fieri. Idem docent hæc proœmii verba capitis 1. verſu 3. Beatus qvi legit & qvi audiunt verba prophetiæ hujus, qvoniam tempus prope eſt. Tum & idem

idem clauſula & epilogus monſtrat: qvando ibi capitis 22. v. 6. angelus ad Johannem ait: Hi ſermones fideles ſunt & veri; atq; dominus ſanctorumq; prophetarum deus, miſit angelum ſuum, ut oſtenderet ſervis ſuis, qvæ brevi oportet fieri. *Neq; obſtat,* Johannem Apoc. 1. v. 19.. juberi, ut ſcribat etiam *qvæ viderit, & qvæ exiſtunt.* Nam illa ſunt duntaxat, qvæ primario ejus argumento, ſcopo & inſtituto, nempe futuris denunciandis adhærent, illorumq; prædictioni inſerviunt.

2. Qvod autem ea futura qvæ apocalypſis docet prædicitq;, *ad eccleſiam pertineant*, oſtendunt hæcce in clauſula libri cap. 22. v. 10. verba, Ego Jeſus miſi angelum meum ad *ſignificandum vobis haece de eccleſiis.* Item qvod capitis 1. verſu 19. totius libri, ut apparet, ſumma, reducatur ad myſterium ſeptem ſtellarum, & ſeptem lychniarum vel lucernarum. Nam illæ lychniæ ſive lucernæ, interprete ipſo Chriſto, ibidem ſunt ſeptem eccleſiæ, & ſeptem ſtellæ ſunt earundem ſeptem eccleſiarum ſeptem angeli. Qvod vero eccleſia vel plures illæ eccleſiæ, qvarum futura apocalypſis oſtendit, docetq;, ſint Chriſtianæ eccleſiæ, inde liqvet, qvod ab eo tempore, qvo apocalyſis Johanni eſt tradita, nulla alia fuerit eccleſia qvam Chriſtiana. Judaicam enim Deus abjecerat, ſuamq; ei abſtulerat vineam, velut Matth. 21. 41. prænunciatur qvoq; fore. Ideoq; ad Judæos ibidem v. 43. Chriſtus, regnum Dei auferetur a vobis, & genti fructum facienti dabitur.

3. Sunt

3. Sunt autem eæ Chriſtianæ eccleſiæ, de qvibus earumq; eventibus in apocalypſi agitur, omnes eccleſiæ Chriſtianæ, qvippe ſeptem lychniis ſive lucernis figuratæ De qvo vide dicta ſchediasmatis noni numero qvarto & ſeqventibus. In iis autem omnibus eccleſiis Chriſtianis, præcipuæ ſunt Romani imperii eccleſiæ Chriſtianæ; qvippe apocalypſeos qvaſi theatrum, Romanum eſt imperium, tam vetus & politicum a Cæſaribusq; adminiſtratum; qvam in ejus vaſtati deſtructiq; locum ſuccedens imperium Romanum eccleſiaſticum ſive Papale, vel a Papis gubernatum. Unde & præcipui qvoq; eccleſiæ Chriſtianæ in Apocalypſi hoſtes, ſunt decemcornis draco Apoc. 12. & decemcornis pantherinaq; beſtia Apoc. 13. Ex qvibus decemcornis draco eſt ſatanas ante Papatum, in Romano imperio vetere atq; priore, Chriſtianam vexans affligensq; eccleſiam. Atq; decemcornis pantherinaq; beſtia eſt Papa ſive antichriſtus, in Romano imperio poſteriore ſive Papali, eandem Chriſtianam vexans infeſtansq; eccleſiam. Et ſicuti Deus in Vetere Teſt. pro potiori eccleſiæ ſuæ ſede Judæam ubi ſe manifeſtavit, & ex qva ſuum annunciari curavit verbum, aſſumpſerat elegeratq; : ſic in Novo Teſt., ubi per totum orbem, ſuum annunciari voluit evangelium, Romanum imperium qvod cultior & potior habitati orbis pars exſtitit, ut præcipuam eccleſiæ ſuæ ſedem, & ex qva ſuum ad alia qvoq; loca & terras verbum & evangelium voluit, emittere, elegit atq; aſſumpſit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Qvippe ex Hieroſolyma qvæ Romano ſubjecta erat imperio, apoſtoli & eorum doctrina, in totum exiere mundum. Et deinceps ex plurimis qvoq; aliis Romani imperii partibus evangelium ad ethnicos idolorumq; cultores emanavit. Atq hinc qvoq; in ſcripturis aqvilonares regiones, qvales Romani ſunt imperii, qvippe omnes in ſeptentrione & longe ultra tropicum cancri ſitæ, ut potiſſima eccleſiæ ſedes repræſentantur. Namq; Zach. 6. v. 8. currus Dei, id eſt evangelii in Novi Teſtamenti tempore prædicandi inſtrumenta, dicuntur feciſſe, ut in aqvilone Dei reqvieſceret ſpiritus. Atq; Eſa. 14. ſub rege Babylonis figuratus antichriſtus, in chriſtianasqve eccleſias dominari volens dicit: aſcendam in cœlos & ſuper Dei ſtellas, meum collocabo ſolium, inq; monte conventus, in lateribus aqvilonis ſedebo.

4. Liqvet ergo, eccleſias illas Chriſtanas, qvorum fata & eventus, apocalypſis perſeqvitur, eſſe eccleſias Chriſtianas omnes, & in iis præcipue qvæ ſub Romano fuerunt imperio. Non tamen omnia qvæ illis in eccleſiis, usq; ad finem mundi ſunt futura, in Apocalypſi ſine diſcrimine prænunciantur; ſed tantum Novo Teſt. propria & peculiaria, qvæq; ea ratione antea non ſunt facta. Qvippe appocalypſis non pandit ea, qvæ Veteri & Novo Teſt. ſunt communia, ſed qvæ anteqvam hic revelata erant, nulli mere creaturæ erant cognita. Ideoq; cap. 5. v. 2. 3. & 4. de hujus prophetiæ revelatione dicitur, nemi-

minem neq, in cœlo, neq; in terra, neq; ſub terra eſſe inventum, qvi dignus foret aperire librum, intus & foris ſcriptum, id eſt abdita hæcce pandere, præterqvam leonem de tribu Juda, id eſt Chriſtum. Nec etiam omnia Novo Teſt. peculiaria fata, ſine discrimine in Apocalypſi prænunciantur, ſed tantum eorundem potiora & præcipua, ſive eorundem ſummæ & capita: ſicut ex brevitate apocalyptici libri colligi qvoq; poteſt: & omnibus particulatim memorandis ne tot qvidem volumina, qvot Baronii & Bzovii complectuntur Annales ſatis fuiſſent. Qvapropter *Johannes Gerhardi* in Prolegomenis annotationum ſuper apocalypſi, *Materia*, inqvit, *apocalypſeos, eſt hiſtoria præcipuorum eccleſiæ ſymptomatum.* Atq; *Pererius* Prolegomenon in Apocalypſin diſputatione nona, *Ante omnia*, ait, *hic ponendum eſt, per eas viſiones, qvæ in apocalypſis memorantur libro, præſignificari memorabiliores atq; inſigniores caſus eventusq; tam proſperos qvam adverſos, in eccleſia Chriſti futuros, ab ejus exordio ad finem usq; mundi.* Tantum de apocalypſeos ſcopo & inſtituto. Poſt qvem conſideranda venit

Apocalypſeos methodus.

5. De qva hæc qvæ ſeqvuntur obſervanda. *Primum* qvod ad Apocalypſeos pertinet methodum, eſt qvod ſit ænigmatica, & qvod ſua vaticinia prædictionesq;, ænigmatum more proponat, ſenſum & ſignificanda, involucris qvibusdam iisq; denſioribus abdens,

abdens. Hinc Apoc. 1. v. 20. oſtenditur continere myſterium ſeptem eccleſiarum & earundem angelorum. Et verſu primo ibidem, Chriſtus eam dicitur σημαίνειν, id eſt figurate & perplexe ſive per figuras & imagines proponere: qvomodo verbum σημαίνειν ſumitur qvoq; Joh. 12. v. 32 cùm evangeliſta, verbis Chriſti, ubi exaltatus fuero de terra, traham, ad me omnes, ait Chriſtum σημαίνειν qvali morte eſſet moriturus. Item cum idem Evangeliſta, evangelii cap. 21. v. 18. Chriſtum in verbis de Petro, cum ſenueris, extendes manus tuas & alius te cinget, ait σημαίνειν qva morte Petrus Chriſtum eſſet honoraturus. Atq; ſic *Beda* hocce Apocalypſeos σημαίνειν intellexit qvoqve. Ideo ad verbum ſignificavit, vel ἐσήμανεν Apoc. 1. hanc dat interpretationem, *myſticis eandem apocalypſin innexuit dictis.* Item *Primaſius* ajens; *Dicendo ſignificavit*, (ἐσήμανεν) *aliqvid* etiam *myſteriorum oſtendit: Nec ſuperficie literæ nos voluit remanere contentos, qvos ad myſteria altius perſcrutanda ſignificationis verbum fecit intentos.* Sic illi. Atq; hæc qvoq; cauſa eſt, cur libelli hujus vaticinia cap. 5. verſu 1. repræſententur, ut liber intus & foris ſcriptus, id eſt, qvi præter ea, qvæ in fronte exhibet, alia continet intus latentia: ſicut & *Dolingius* in Opere de antichriſto, præfationis regula 12. monet.

6. Tum & veteres ſcriptum hocce, perplexum & ænigmaticum eſſe jam dudum monuere. Qvo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

præter citata ex *Primaſio* & *Beda*, hæc qvoq; ſpectant teſtimonia. Hieronymus *Stridonenſis* in epiſtola ad Paulinum. *Apocalypſis Johannis tot habet ſacramenta, qvot verba.* Item. *In ſingulis verbis ejus, multiplices latent intelligentiæ.* Item. in Ezech. 38. *Totum volumen Johannis, qvod revelationis titulo prænotatur, eſſe myſticum.* Atq; *Ephraem* libro de pœnitentia, ut ex eo refert *Cornelius a Lapide*, in procemio Commentarii, *Cuncta*, inqvit *per parabolam & ænigmata locutus in apocalypſi eſt ſanctus Johannes.*

7. *Aliud* qvod ad Apocalypſeos pertinet methodum, eſt qvod ejus verba tam in ſymbolis & imaginibus, qvam aliàs, rarius illud denotent, qvod propriè ſignificare ſolent, ſed plerumq; aliud qvid, idq; tropicum, improprium & figuratum. Id enim ænigmatica qvoq; ejus poſtulat, ſua proponendi ratio: qvippe in ænigmatibus impropria, tropica & figurata regnant. Atq; patres qvoq; improprietatem & tropos paſſim hic vigere obſervarunt. Itaq; *Primaſius* in præfatione commentarii. *Cum alibi*, inqvit, *rarò interponi ſoleat tropica proprietati narratio, hic tamen freqventer intexitur.* Qvibus ſimilia alii patres, & inter recentiores *Matthias Hoeus* in præfatione libri 2. Commentariorum, atq; *Johann. Dolingius* in Opere de antichriſto, præfationis regula 12.

8. In epiſtolis tamen apocalypticis, qvæ capite 2. & 3. proponuntur, nec non in ejusdem procemio capite 1. atq; in clauſula capite 22. alia ratio eſt. In iis enim pleraq; propriè non impropriè ſumuntur.

Et

Et ſimilis qvoq; numerorum apocalypticorum ubicunq; demum reperiuntur eſt ratio; qvippe qvi itidem ſæpius propie qvam improprie ſive tropice ſumuntur. Numeri enim illi magna ex parte, apocalypſeos intelligendæ ſunt clavis qvaſi & inſtrumentum, ut propterea neceſſe ſit eos proprie uſurpari plerumq;, aliàs enim illuc non conducerent. Tum & maxima ex parte ſunt temporum indices hiſtoriciq; numeri. Hiſtoricorum autem & tempora notantium numerorum, ſi pleriq; improprii eſſent & indefiniti, ſuo non fungerentur officio, ex illisq; certi nihil poſſet concludi. Imò usq; adeo numeri apocalypſeos proprie plerumq; ſumuntur, ut etiam cum aliqva parte ſunt improprii & indefiniti, ex alia tamen parte adhuc proprii ſint & definiti. Veluti cum tubicinii ſexti plagam inferentes Apoc. 9. v. 16. dicuntur eſſe duæ myriades myriadum; myrias qvidem myriadum, ut videtur, eſt indefinitus numerus, innumerabilem notans multitudinem, cui concordat qvod Apoc. 20. v. 8. eorundem, plagam hanc inferentium numerus, dicitur eſſe tanqvam numerus arenæ maris, qvi eſt itidem innumerabilis & indefinitus: additus tamen ibidem binarius, qvô duæ dicuntur eſſe myriades myriadum, eſt omnino proprie ſumtus numerus definitusq;, duas plagæ hujus notans periodos, ſicut & in Phosphori recenſu, paragrapho 28, eſt commonitum. Certum itaq; eſt apocalypſeos numeros proprie ſumi plerumq;, rarius autem improprie: de qvo plu-

ra *Hofmannus* Chronotaxeos capite 5. obſervatione 7. Atq; in aliorum qvoq; ænigmatum numeris, eandem videmus exiſtere rationem: veluti ex ænigmaticis liqvet ſomniis, de tribus corbibus Gen. 40. v. 9 & 16. & de ſeptem vaccis nec non ſeptem ſpicis Gen. 41. v. 3. & 6. qvippe qveis in ſomniis viſionibusq; utut cætera improprie tropice & figuratè ſint accepta, numeri tamen proprie accipiuntur.

9. Porrò id qvoqve improprietas verborum in apocalypſi habet, ut eadem vox modo ſic, modò aliter improprie accipiatur. Sic *cœlum* modo Romani imperii notat ſolium, veluti eum capite 12. v. 8. draconi & ejus angelis in cœlo locus amplius non dicitur inventus: modo autem eccleſiam deſignat: ut cum cap. 14 v. 2. Johannes dicit, ſe audiviſſe vocem ex coelo tanqvam vocem aqvarum multarum: modo etiam ſpiritualia negotia denotat, ut cum Papæ cap. 8. v. 10. & cap. 9. v. 1. appellantur ſtella cœlo delapſa; id eſt qvæ ſpiritualium rerum abjecit curam. Tum & hoc apocalypſeos improprietas verborum habet, qvod acceptiones eas qvoq; improprias uſurpet, qvæ vulgo perqvam inuſitatæ ſunt. Sic cum cap. 9. v. 57. qvinq; locuſtarum memorantur menſes, nomen menſis id notat, qvod vulgo non deſignat, nempe triginta annos. Atq; alia in Apocalypſi temporum nomina, ea deſignant qvæ eorum vocibus, vulgo non omnino ſignificantur: de qvo deinceps Schediaſmate tertio ad vocem Annus, habes exempla.

10. *Ter-*

10. *Tertium*, qvod ad apocalypſeos pertinet methodum, eſt qvod figuris ſtricte ſic dictis & tropo oppoſitis abundet qvoq;. Itaq; *Primaſius* in præfatione commentarii, *condenſiores* in apocalypſi *eſſe figuras, & unam ſenſim generari ex altera,* Et *Ansbertus* itidem in præfatione commentarii. *Apocalypſis*, inqvit, *eſt multarum figurarum denſiſſimis opacata umbris.* Atq; *Brochmannus* in Confutatione Apologiæ parte tertia pag. 2164. qvæ in apocalypſi habentur, *omnia prope typica & figurata eſſe* dicit. Harum autem figurarum, ut aliqvas tantum exempli & typi cauſâ exhibeamus, *Una* eſt *allegoria*, & qvâ plures tropicæ locutiones ad unam ſimilitudinem conſtituendam coujunguntur. Et tales allegoriæ paſſim in apocalypſeos dictis imaginibusq; cernuntur. Alia figura eſt *hypallage*. Velut cum Apoc. 8. v. 8. tertia pars maris, dicitur pro mari tertiæ partis: & v. 12. tertia pars ſolis pro ſole tertiæ partis, nempe ſole Romani imperii. Adhuc alia figura eſt commoratio & Hendiadyoin, qva ut multiplex proponitur, qvod tamen unicum qvid eſt idemq;. Ita cap. 11. v. 19. cap. 4. v. 5. nec non cap. 16. v. 18. voces & tonitrua ponuntur ut diverſa, cum tamen rem exprimant unam eandemq;, nempe tonantem evangelii vocem atq; doctrinam. Sic cap. 9. v. 4. viride & gramen exhibentur ut diverſa, cum rem denotent unam, nempe fideles laicos, ſive Chriſtianum populum. Eodemq; referri qvoq; poteſt, qvod Johannes cap. 1. v. 4. gratiam & pacem optat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ab eo qvi eſt, qvi erat & qvi venturus eſt & a ſeptem ſpiritibus, qvi ſunt ante thronum ejus, & a JeſuChriſto: ac ſi alius eſſet Jeſus Chriſtus, qvam qvi eſt qvi erat & qvi venturus eſt, cum tamen ſit idem ille ipſe, ceu ex verbis v. 8 & 11. liqvet, ubi diſerte Chriſtus dicitur, qvi eſt qvi erat & qvi venturus eſt: adeo ut manifeſtum ſit, unum hic explicare alterum. Atq; Patres qvoq; figuram hendiadyoin, commorationisq; in apocalypſi occurrere agnoſcunt. Itaq; *Primaſius* præfatione commentarii *Aliqvando in eodem locutionis genere ſic mutatâ figurâ* (apocalypſis) *qvaſi alia medio permiſcet, ut tamen hoc ipſum nihil aliud ſignificet, qvam qvod narrare inceperat.* Sic ille.

11. Porro adhuc alia figura eſt, qva Johanni apocalypſeos ſcriptori ea attribuuntur, qvæ de rebus ſuper qvibus agit, ſunt qvoq; intelligenda. Veluti cum Apoc. 11. templum jubetur metiri, id qvoq; ſignificatur, cum intelligi incipit apocalypſis, interpretes operam daturos, ut templum id eſt eccleſiam ejusq; ætates & periodos dimetiantur qvoq;. Item cum Apoc 10. librum apertum qvem comederat, dicitur ſenſiſſe in ore qvidem dulcem, in ventre autem amarum, id qvoq; oſtenditur, qvod qvi prophetiarum harum ſenſum primo inveniunt, initio qvidem ex illa cognitione delectationem ſint capturi: verum ubi ſimul perpenderint, qvæ inde ſint conſecutura, mœrorem qvoq; indidem ſint percepturi. Et plures qvoq; aliæ apocalypſeos ejusmodi ſunt figuræ.

12. *Quar-*

12. *Quartum* qvod ad apocalypſeos pertinet methodum, eſt qvod easdem hiſtorias eventusq; aliis atq; aliis proponat viſionibus: ſic ut videantur diverſæ eſſe hiſtoriæ eventusq;, cum tamen ſint eædem, aliis atq; aliis illuſtratæ circumſtantiis. Sic imagine primi ſigilli cap. 6. imagine mulieris parturientis cap. 12., & imagine Michaelis cum dracone pugnantis ibidem, eadem omnino repræſentatur hiſtoria. Et alias qvoq; ſimilia occurrunt exempla. Hinc *Primaſius* præfatione in apocalypſin, *Una*, inqvit, *eademq; res variis profertur adumbrata figuris, ut non eadem Dei ſpiritus credatur repetiiſſe ſed altera.* Similia *Auguſtinus* de civitate Dei libri 20. cap. 17. cujus verba deinceps ſchediasmatis duodecimi numero 11. ſunt allegata. Sic & ex recentioribus Ampliſſimus & Nobiliſſimus *Wandalinus* Junior, in Conſideratione Chiliáſmi cap. 12. pag. 212. *Solenne*, inqvit, *eſt prophetis & ſic qvoq; apocalypſeos auctori, eadem multis modis repetere, ut licet alia dicere videantur, ſolum tamen aliter atq; aliter hæc ipſa dicant.* Sic illi.

13. Qvia vero apocalypſis ſæpe eadem repetit, ideo qvoq; cum longum temporum, hiſtoriæ & eventuum texuerit ordinem, ad eadem tempora & negotia amplius exponenda, novis qvoq; figuris ſæpe recurrit imaginibusq;. Sic, ubi totius eccleſiæ tempus & hiſtoriam, auctor usq; ad finem mundi in ſeptem repræſentaverat ſigillis, eandem hiſtoriam tempusq; uberius expoſiturus, ſeptem tubicinia pro-

 ponit,

ponit. Ea propter *Victorinus Pictavienſis* martyr, commentario in Apocalypſin ad cap. 12. *Spiritus*, inqvit, *ex parte dicit & præpoſterat. Et cum procurrerit usq; ad noviſſimum, rurſus tempora ſuperiora repetit.* Atq; in Apoc. 9. *Non aſpiciendus*, ait, *eſt ordo dictorum, qvoniam ſæpe Spiritus Sanctus, ubi ad noviſſimi temporis finem procurrerit, rurſus ad eadem tempora redit, & ſupplet qvæ minus dixit.* *Beda* in Apoc. 4 ad verba poſt hæc vidi oſtium apertum. *Deſcriptis*, inqvit, *eccleſiæ operibus; qvæ & qvalis futura eſſet*, (Johannes) *recapitulat - - - eadem aliter dicturus. Totum enim tempus eccleſiæ variis in hoc libro figuris repetit.* Atq; *Anſbertus* præfatione commentarii, apocalypſin *ſæpe ad initium redire* ait, *& eadem qvæ dixerat diverſis figuris repetere.* Et ad verba cap. 4 ecce oſtium apertum. *Totum*, inqvit, *eccleſiæ tempus in ſua viſione Johannes ſæpius recapitulando contexit.* Similia habet idem ad verba Apoc. 12. & apertum eſt templum: nec non *Dionyſius Rickelius* in Apoc. 6. 10. & 12. atq; ex recentioribus inter alios *Dolingius* in opere de antichriſto libri tertii cap. 1. & 42.

14 Ne autem mirum ſit in apocalypſi, per varias viſiones, tales unius ejusdemq; temporis negotiiq; dari repetitiones, ſimiliter Pharaoni Gen. 41. ſeptem anni primo repræſentantur, viſione ſeptem vaccarum, deinde autem viſione ſeptem ſpicarum. Et in Daniele qvatuor imperia eorumq; tempora capite 2. repræſentantur in coloſſi membris, & ca-

pite

ite 7. in qvatuor beſtiis. Conſtat itaqve eandem
emporum ſeriem hiſtoriamq; in apocalypſi, aliis
atq; aliis ſæpe repræſentari imaginibus viſionibusq;.
Qvare qvi exiſtimant, eandem in hoc libello viſio-
num & temporum eſſe ſeriem, ſive res atq; hiſtori-
as tempore ita ſemet invicem conſeqvi, ut viſiones
aliæ alias ordine conſeqvuntur, ab ipſa janua hic
aberrant. Itaq; *Victorinus Pictavienſis* in Apoc. 12.
*Niſi intellexerimus, diverſis viſionibus eadem ſæpe re-
peti tempora, in magna Caligine nos eſſe futuros.* Atq;
Joſephus Medus Clavis Apocalypticæ pag. 34 *eos fru-
ſtra omnino eſſe*, *qvi ita* apocalypſin interpretatum
eunt, ac ſi eventus eodem ordine ſibi invicem ſuc-
cederent, qvô viſiones ſuccedunt. Qvibus ſimilia
Sandenhagius, Introductione ad Acta Chriſti pag. 58.

15. Neq; talis eorundem temporum & eventu-
um in apocalypſi per varias imagines repetitio, eſt
confuſa. Omnia enim in hocce libello ordinatiſſima
exiſtunt. Ideoq; *Henricus Morus* in Myſterio pieta-
tis libri qvinti cap. 15., *unumqvodq; ejus verbum
anteqvam ſcriberetur, eſſe qvaſi in bilance penſitatum.*
Atq; ex noſtratibus *Job Dolingius*, de antichriſto li-
bri tertii capite 1. *Johannes* inqvit, *elegantiſſimo or-
dine, univerſa eſt proſecutus. Et tantum abeſt, ut
crebra rerum earundem in diverſis apparitionibus re-
petitio, ordinem interturbet tollatve, ut potius - - - pul-
cherrimum Spiritus Sancti artificium manifeſtet.* Sic il-
li. Neq; item otioſa & ſine cauſa facta eſt repeti-
tio hæcce; nihil enim Spiritus Sanctus fruſtra agit;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

& ea repetitio inter alios, hunc duplicem habet uſum: unum, ut ſenſus vaticiniorum huc pertinentium ad tempus abſcondatur: alterum autem, ut una viſio explicet tandem alteram, ejusdemq; temporis hiſtoriæ vel eventus negótia, diverſis in viſionibus aliis atq; aliis declarentur, circumſtantiis. De qvo rectè *Pererius* Prolegomenon in Apocalypſin diſputatione 9. *Qvia, inqvit, una ſimilitudo & imago non poteſt adæqvare totam rei veritatem, iccirco multiplicantur ſimilitudines & imagines, ad eandem rem omni ex parte plenius expreſſiusq; ſignificandam.*

16. Manifeſtum ergo manet, eadem tempora hiſtorias eventusq; variis ſæpe in apocalypſi repræſentari viſionibus. Tantum id addendum eſt, repetitionem illam non fieri in continuata numeris viſionum ſerie. Ubi enim ordo viſionum numeris continuatur produciturq;, eadem non proponuntur ſed longe diverſa. Sic qvia ſigilla ſeptem ſunt, eorumq; ſeries & ordo per ſeptenarium diſpeſcitur prorogaturq; numerum, ut aliud ſit ſigillum primum, aliud ſigillum ſecundum, aliud tertium & ſic porro deinceps: ideo ſua certa res & tempus primo proponitur ſigillo, & alia certa res tempusqve ſigillo ſecundo, & rurſus alia in ſigillo tertio atq; ſic deinceps. nusqvam repetito aut recurrente eodem in ſigillis negotio temporeq;, ſemperq; novo tempore novisq; rebus & negotiis pro qvolibet ſigillo exorientibus exeuntibusq;. Similiter ſe res habet in ſeptem tubiciniis, aliisq; conſimilibus.

17. *Qvin-*

17. *Qvintum* qvod ad apocalypſeos pertinet methodum, eſt qvod hiſtorias de qvibus vaticinatur, prophetiarum in Vetere Teſt. propoſitarum interdum exprimat verbîs. Cum autem id facit, oſtendit ea de re ſuper qva tum agit, in prophetia illa veteris Teſtamenti, cujus utitur verbis, uberius qvid eſſe prædictum prænunciatumq;. Hinc cum capite 14. torcular exhibet calcatum, ad Eſaiæ 63. caput, cujus utitur verbis, remittit, tanqvam eandem hiſtoriam uberius vaticinando exhibens proponensq;. Sic & cum capite 20. Gogi & Magogi eccleſiam infeſtantis meminit, lectorem ad Ezechielis caput 38. & 39. ablegat ducitq;, tanqvam eandem Gogi hiſtoriam plenius prædicentia atq; perfectius. Pari modo cum cap. *19* in hiſtoria ultimi belli, qvod beſtia & pſeudopropheta, contra ſedentem in eqvo ejusq; exercitum inſtituunt, mentionem facit avium cœli invitatarum ad edendas carnes regum, chiliarchorum, fortium, eqvorum & aliorum: illud ſibi vult, prophetiam Ezechielis 39, ubi ſimilis eſt avium invitatio, ejusdem argumenti eſſe, eandemq; rem tradere. Et multa alia ejusdem negotii ſunt exempla. Atq; hoc reſpiciens *Hofmannus*, Chronotaxeos capite 5. obſervatione ſexta, apocalypſin *remiſſivum eſſe vaticinium* qvam rectiſſime dixit. Idq; voluit qvoq; qvi ante qvadringentos vixit annos *Abbas Joachimus*, cum prologo commentarii in hunc libellum dixit, apocalypſin non modo eſſe *notitiam futurorum, ſed & clavem*

clavem veterum & antiqvas qvoq; prophetias pandere aperireq;.

18. Sextum, qvod ad apocalypſeos pertinet methodum, hocce exiſtit, qvod qvo magis hujus libri ultimum tempus vel periodus accedit, hoc magis ejus prophetiæ plerumq; partim auctiores partim clariores fieri incipiant. Sic auctiora & aliqvantillo minus obſcura exiſtunt, conjunctim ſumta vaticinia, qvæ pertinent ad apocalypſeos ætatem vel periodum qvartam, qvam qvæ ad tertiam & qvæ ad qvintam qvam qvæ ad qvartam: juxta ac qvæ ad ſextam, qvam qvæ ad qvintam. Et ad ſextum tempus vel periodum pertinentia vaticinia, tum tertiam circiter totius apocalypſeos conſtituunt partem, tum & ſine figuris atq; circuitione ſæpius qvam in priorum periodorum temporumq; fit vaticiniis loqvuntur. Ideoq; & *Abbas Joachimus* commentarii in apocalypſin parte ſexta, folio 195., in apocalypſeos parte vel tempore ſexto, contendit incipere *tranſire, qvod obſcurius eſt*, advenire autem qvod clarius eſt.

19. Septimum qvod ad apocalypſeos pertinet methodum, ſunt

Apocalypticæ periodi,

Sive qvod ad certas ætates vel periodos, qvarum & modo meminimus, ſuas revocet prophetias, contraq; qvarum ætatum vel periodorum ſeriem ordinemq;, ejusdem apocalypſeos prophetias minime in-

interpretari licet. Sunt autem eæ periodi duplices Chriſtianæ & antichriſtianæ.

De Chriſtianis periodis.

20. Chriſtianæ periodi ſunt qvæ totum Novi Teſt. tempus, vel qvod idem eſt, omnium temporum eccleſiam Chriſtianam, in ſeptem peculiaria partiuntur tempora, chronicasq; portiones: adeoqve in ſeptem qvoq; peculiares eccleſias; qvandoqvidem nullum horum temporum eſt ſine eccleſia, & Chriſtus Matthæi 28 promiſit, ſe omnibus diebus usq; ad finem ſæculi affore ſuis. Harum periodorum Chriſtianarum prima continetur in epiſtola prima, ſigillo primo & tubicinio primo. Secunda autem in epiſtola ſecunda, ſigillo ſecundo & tubicinio ſecundo: ſimiliterq; cæteris in epiſtolis ſigillis atq; tubiciniis cæteræ periodi: ſicut *Hofmannus* in Chronotaxi docuit qvoq;, verumq; id eſſe in libro ſecundo probabitur deinceps.

21. Particularis tamen ratio & methodus, qva res unius ejusdemq; periodi, in ejusdem periodi continentur epiſtola, ſigillo & tubicinio non eſt vulgaris, & in ullas vulgò uſitatas docendi qvadrans leges: ſed ænigmatica eſt, ut reliqva qvoq; apocalypſeos methodus. Ænigmata enim hic cuncta ſunt, non claræ & manifeſtæ hiſtoriæ In eo autem periodorum Chriſtianarum hæcce ænigmatica conſiſtit ratio, qvod unius ejusdemq; periodi negotia, ſive ex toto ſive ex parte diverſa & alia, re-

præ-

præſentet ejusdem periodi epiſtola, alia ſigillum, alia tubicinium: qvippe qvæ cuncta hic ſe habent, tanqvam confœderati & ſocii, qvorum communibus in negotiis, alius hoc, alius aliud facit, nec qvemlibet cuncta facere eſt neceſſum. Sic periodi primæ in qvibusdam Chriſtianis vitia, in aliis virtutes exhibet epiſtola prima: ejusdem autem periodi prædicationem evangelii & adverſus ejus, maxime Romano in imperio hoſtes, victoriam exhibet ſigillum ſecundum: & tandem ejusdem periodi perſecutiones, adverſus eos qvi evangelium prædicant factas, exhibet tubicinium primum. Qvibus ſimilis aliis in periodis ratio.

22. *Deinde* id qvoq; periodorum Chriſtianarum particularis in ſe habet ratio, qvod in hac vel illa periodo, non ea modo denarrentur negotia, qvæ intra eandem dominantur periodum, ſed & qvæ in ea maxime ſemet exſerere incipientia, ultra eandem decurrunt ſæpe, ad ſeqventesq; etiam pertingunt, & in iis reperiuntur qvoq;. Ita tertiæ in periodi ſigillo, ea figurata verbi divini memoratur fames qvæ in ea dominari & prævalere incipiens ad ſeqventem qvoq; periodum qvartam aliasq; pertingit. Et qvartæ in periodi epiſtola, illa Jeſabelis Romanæ & ejus liberorum adumbratur afflictio, qvæ ad qvintam qvoq; & ſextam pertingit periodum *Deniq;* id etiam in periodorum Chriſtianarum eſt methodo: qvod cum cœptum eſt aliqvid narrari, verbi gratia in epiſtola aliqva, non ſtatim ejus rei aut continu-

atio,

io, aut augmentum, ſi qvod habet, in proxime
qventis periodi proponatur epiſtola, ſed aut per ſe
intelligendum ex aliisq; concludendum relinqvatur,
at in ſeqventis periodi modò epiſtola, modo ſigil-
o, modo tubicinio proponatur: qvippe qvæ cun-
ta, velut & antea diximus, tanqvam ſocii & fœ-
erati hîc ſtant locô unius. Et pari modò ſe habet,
œpta narratio in alicujus periodi ſigillo vel tubici-
io. Ænigmaticam enim, ut in aliis, ita in hoc
voq; apocalypſis methodum rationemq; habet.

23. Epiſtolarum Chriſtianis in periodis methodus
oc peculiare habet: qvod nomine angeli nusqvam
unicum deſignet individuum, ſed ſemper integram
ocietatem: ſicut & Pſalmo 34. verſu 8. alibiq; an-
elus ſocietatis eſt nomen. Nempe eccleſiam in-
elligit, & præcipue ejus docentes. Ideoq; etiam
n qvavis epiſtola hæc repetuntur verba, qvi habet
ures audiendi, audiat qvid ſpiritus dicat eccleſiis.
ademq; de cauſa in una & eadem epiſtola, eorum
vos Chriſtus alloqvitur & laudes legas & vituperi-
: immo & contraria & qvæ in iisdem ſimul &
emel eſſe non poſſunt: ut manifeſtum ſit alia ad
lios aut aliter comparatos pertinere. Idq; etiam
Veteres agnoverunt: veluti *Primaſius* in Commen-
ario ad Apoc. 2. dicens, *in uno eccleſiæ corpore & bo-
orum partem mulceri & malorum, increpationibus
xagitari.* Et *Auguſtinus* homilia 2. in apocalypſin,
odem reſpiciens. *Angelos ergo*, inqvit, *eccleſiam*
Chriſtus) *dicit, in qvibus duas partes id eſt bonorum*

&

& malorum oſtendit, & propterea, non ſolum laudat, ſed & increpat: ut laus ad bonos, increpatio ad malos dirigatur.

24. Aliud qvoddam in epiſtolarum methodo hocce exiſtit: qvod ſint typicæ: Septem enim Aſiaticæ eccleſiæ, ſicut ſchediasmate nono, num. 9. eſt oſtenſum, ſeptem generalium Chriſtianarum eccleſiarum typus exiſtunt. Ideoq; *Beda* in Apoc. 1. iſta ſeptem loca, ait *figuram eſſe eccleſiæ ſeptiformis.* Qvibus ſimilia *Primaſius* in verba Apoc. 2. ſcio ubi habitas, & veterum alii qvoq;. Et cum epiſtolarum illarum eccleſiæ exiſtant typicæ, ipſæ qvoq; epiſtolæ typica habent facta & verba. Qvare qvæ in qvaq; epiſtola habentur, proxime qvidem reſpiciunt Aſiaticam illam eccleſiam, cujus in epiſtolæ frontiſpicio exiſtit nomen, remotius autem, typorum juxta naturam, ejus temporis generalem, & maxime Romani imperii eccleſiam, cujus iſta Aſiatica typus exiſtit. Eademq; de cauſâ, verba eujuslibet epiſtolæ, proxime qvidem de Aſiatica illa dicuntur eccleſia, cujus nomen epiſtolæ titulus præfert: remotius autem de generali eccleſia qvæ typice reſpicitur, vel antitypica eſt, idq; modo proprie, modo figurate, & prout apocalypſeos auctori ad prædicendum ſtatum antitypicæ eccleſiæ viſum eſt eſſe conveniens.

25. In ſigillorum methodo illud peculiare eſt; qvod in qvatuor priorum ſigillorum qvolibet, primo moram temporis notans repræſentetur eqvus: qvip-

qvippe qvem tempus deſignare alias qvoq; deprehenſum: de qvo vide dicta ſchediasmatis octavi numero 2. Deinde qvod in eorundem ſigillorum qvolibet, alatum qvoq; exhibeatur animal, veni & vide dicens, vaticiniorumq; explicationem ex hiſtoria eccleſiaſtica, ſicut & ſchediasmatis ſexti numero 17. nec non Phosphori recenſu numero 16. monitum eſt, eſſe petendam, innuens indicansq;: in poſterioribus autem tribus ſigillis, neutrum iſtorum fiat. Cujus varietatis diverſitatisq; hæc generalis eſt cauſa, qvod apocalypſeos, ut in cæteris, ita in eo qvoq; ænigmatica debeat eſſe methodus. Particularis autem ejusdem diverſitatis, ſicut & ſchediasmatis octavi numero 9. eſt commonitum, hæc eſt ratio: qvod primi ſigilli eqvus nec non animal alatum in qvinto repetenda ſint ſigillo: & ſecundi in ſexto, nec non tertii in ſeptimo. Siqvidem ut iis in negotiis ſe primæ periodi habet ratio, ita ſe habet etiam qvintæ: & ut ſemet ſecundæ periodi habet ratio, ita & ſextæ, & ſic deinceps. Tantum de periodorum Chriſtianarum methodo. De earum autem exiſtentia ſive qvod vere dentur, in ſchediasmate ſeptimo & ſeqventibus, de earum verò qvantitate in ſchediasmate undecimo eſt deinceps actum.

De periodis antichriſtianis.

26. Hactenus de periodis Chriſtianis. Antichriſtianæ ſunt, qvæ potiorem antichriſti regnantis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ætatem, ſive ejusdem propheticos dies 1260 vel totidem annos, aut qvod idem eſt, menſes propheticos qvadraginta duos, in ſuas chronicas diſpeſcunt partes portionesq;. Suntq; aliæ majores, nempe hæ tres, prima unius temporis, ſecunda duorum temporum & tertia dimidiati exiſtens temporis. Minores autem ſunt phialæ ſeptem: de qvibus plura, in Phosphori apocalyptici recenſu, numero 46. 47. & 48., nec non in Anonymi propoſitionibus de propinqvo Papatus interitu. Generalis ea periodorum antichriſtianarum eſt ratio, qvod Chriſtianis cum periodis in nulla fere concordent circumſtantia. Qvanqvam enim in magnam ejus ætatis incidant partem, qvam Chriſtianæ complectuntur periodi, differunt tamen ab illis tum initio, tum fine, tum mora & longitudine. Ideoq; Apoc. 11. v. 2. templi, id eſt eccleſiæ Chriſtianæ totius atrium exterius, qvod gentibus per menſes 42. datur calcandum, id eſt ipſa 1260. dierum ætas antichriſtiana, vel antichriſti regnantis in temploq; Dei ſedentis, ex cæteri templi calculo vel dimenſione ejici jubetur. Periodorum & Chriſtianarum & antichriſtianarum omnium particularem recenſum, in Phosphoro Apocalyptico, qvi legere cupit, reperire poteſt.

27. Hactenus de Apocalypſeos methodo: proximum eſt ut agamus, de apocalypſeos partitione. Nonnulli apocalypſeos veram partitionem, cenſent ex numero viſionum in ea eſſe ſumendam, & ad ſep-

nem viſiones eſſe redigendam. Sed incertum & lubricum eſt illud fundamentum: ſiqvidem viſiones non ita ab invicem diſtingvuntur ubiq;, ut certus ſis qvando qvæq; incipiat, qvando etiam deſinat conſummeturq;, & pro varia inceptione, nec non conſummatione, poſſunt vel plures vel pauciores eſſe qvam ſeptem, ſicuti & Schediaſmatis 10 numero §. 15., contra *Joh. Markium*, hujus ſententiæ patronum ex alia occaſione eſt oſtenſum. Rectius apocalypſis in duas majores dividitur partes, qvarum *Prior* incipiens initio ſcripti, terminatur capitis undecimi verſu 18. nempe in fine tubicinii ſeptimi. Non enim ut hæc pars conſtituatur, cum *Joſepho Medo*, tubicinia a tubiciniis abrumpere, nedum ſextum tubicinium dirumpere licet, ejusq; priorem portionem ad priorem partem & poſteriorem portionem ad poſteriorem partem referre licet. In vera enim partitione, qvæ revera cohærent, cohærere ſunt ſinenda, nec ab invicem divellenda. *Poſterior* pars incipiens propoſito & abſoluto tubicinio ſeptimo, nempe in verbis Apoc. 11. v. 19. Et templum Dei eſt apertum, decurrit ad finem usq; ſcripti. *Prior* pars diſtingvitur in prooemium, qvod ad initium usq; capitis 4. porrigitur, & reliqvam, qvæ deinde ſeqvitur tractationem. Eademq; pars acurate temporum ſervat rationem. Nam prooemio ſive generali totius ſcripti præfatione propoſitâ, temporum ordinem cap. 2. & 3. in ſeptem epiſtolis, qvatenus prophetiæ ſubſiſtunt, repræſentat. Inde poſt præfationem ad ſigilla,

gilla, cap. 4. & 5. propoſitam, rurſus temporum ordinem ſeriemq; in ſigillis, capite ſexto & ſeptimo, necnon primo capitis octavi verſu exhibet. Deniqve propoſitâ præfatione ad tubicinia, capitis octavi verſu ſecundo & ſeqventibus, usq; ad ſeptimum: iterum temporum ordinem & ſeriem ipſis in tubiciniis, capitis octavi verſu 7. & ſeqventibus, nec non toto capite nono & decimo, juxta ac 18. prioribus capitis undecimi verſibus proponit. *Poſterior* apocalypſeos pars, diſtingvitur in ipſam tractationem, qvæ incipit ubi pars prior deſinit, & adhærentem ei tractationi, totius ſcripti clauſulam ſive epilogum, qvi capitis 22. verſu 6. incipiens, decurrit ad finem usq; opuſculi. Eadem poſterior pars non eſt ut prior, ordinans, ſed eſt explicans, manifeſtioremq; temporum ſeriem ordinemq; non ſervat, niſi in phialis capite 16. & in ſuccedentibus ſibi capite 14. tribus ex ordine angelis. Cætera & pleraq; in ejusdem partis tractatione: eò ſpectant, ut ea qvæ per ſeriem temporum ſive in phialis, tribusq; capitis 14 angelis, ſive in pleraq; priore parte docentur, uberius explicent atqve exponant.

28. Reſtat etiam ut addamus qvædam, de apocalypſeos interpretatione. Super qva hæc notanda. *Primo* multa per ſæcula, in apocalypſi, nihil fere, præter generalia qvædam & moralia eſt intellectum: ſpecialis autem ſenſus plerumq; interpretes latuit: idq; partim ideo, qvod ænigmatica ejus

ſit

fit methodus, partim etiam qvod ſpecialis ſenſus cognoſcendi nondum eſſet tempus. Ex eventu enim maxime eſt petendus. Ideo *Irenæus* libri 4. capite 43. *Omnes prophetiæ, priusqvam habeant efficaciam, ænigmata & ambigua ſunt hominibus. Cum autem venerit tempus & evenerit, qvod prophetatum eſt, tunc prophetiæ habent liqvidam & certam expoſitionem.* Sic ille. Et res ſimilis eſt dramati, de qvo niſi ſub finem actus judicari non poteſt. *Deinde* notandum, qvod licet apocalypſeos ſpecialis ſenſus, diu intelligi non potuerit: aliqvando tamen eum detegi tandem oporteat, ſiqvidem ideo data eſt prophetia hæcce, ut tandem intelligatur: & qvia ſenſus ejus ex eventu cognoſci poteſt, fietq; tandem eventus, neceſſe eſt, ipſum qvoq; ſenſum tandem cognitum iri. Atq; in periodo Chriſtiana ſexta ſive penultima, in qva nunc vivimus, id fore, ipſa qvoq; apocalypſis docet, dum Chriſtum Apoc. 10. v. 2. in tubicinio ſexto, repræſentat habentem in manu librum apertum: item dum ſeptem tonitrua, ut eodem tempore loqventia exhibet. Nam ſeptem illa tonitrua, ſunt ſeptem periodorum apocalyticarum, vaticiniorumq; ad eas pertinentium ratio: & eloqvuntur cum intelligi incipiunt. locutio enim eſt abditarum rerum apertio: ut ideo proverbio qvoq; dici ſoleat, loqvere ut te videam.

29. *Tertio* notandum, apocalypſeos interpretationem ex eccleſiaſtica peti debere hiſtoria. Nam apocalypſis eſt prophetia hiſtorica, & ut antea

 num.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

num. 1. eſt viſum, prædicit, qvæ in eccleſia Chriſtiana, usq; ad finem mundi ſunt gerenda: hiſtoricæ autem prophetiæ interpres certiſſimus ipſe eſt eventus, ſive ipſamet hiſtoria: ſicut antea qvoq; ex *Irenæo* num. 28. audivimus. *Qvarto* notandum, ut ſe recte habeat interpretatio, prophetiam qvamq; ex ſuomet, non ex alieno tempore eſſe interpretandam. Non enim cujuslibet temporis hiſtoria, cuilibet apocalypſeos prophetiæ eſt applicanda, etiamſi ſimilitudo qvædam factorum utrobiq; occurrat: qvandoqvidem eventus ſimiles, in pluribus qvoq; accidunt temporibus, & tamen non propterea ſunt iidem, aut ad eandem ſpectant proheriam. Sed ſua & proprii temporis hiſtoria cuilibet prophetiæ eſt applicanda. Ideoq; *qvinto* notandum, interpreti omnino neceſſarium eſſe, ut ſciat cujusq; prophetiæ tempus: niſiq, hoc ſciveris, nihil de ea ſciveris. Itaq; rectiſſime *Hofmannus* Chronotaxeos capite qvinto, *temporis accuratam rationem eſſe habendam: & hoc neglectô nihil niſi meras conjecturas & prophetias quasdam mortuas*, id eſt vero ſuo ſenſu deſtitutas, *poſſe proferri.* Atq; capite 1. *temporis rationem, habendam eſſe maximam, ſi feliciter interpretari voluerimus. Si hoc neglexerimus, ſemper fluctuabimus & in ignoto navigantes pelago, omniq; cynoſura deſtituti conjecturarum procellis hinc illincq; jactabimur.* Item, *Certam temporis connotationem, ſummopere eſſe neceſſariam, magnamq; huic libro allucere facem: & absq; ea, in tenebris denſioribus qvam cimmeriis nos eſſe verſaturos.*

30. *Sex-*

30. *Sexto.* Qvia tempus prophetiæ eſt interpreti omnino ſciendum; ideo apocalypticarum periodorum notitia ipſi qvoq; eſt neceſſaria. Niſi enim periodos cognoverit, qvandoq; earum qvævis & incipiat & deſinat; prophetiarum ſpecialium, qvales ſunt pleræq;, tempora ſcire non poteſt.

31. *Septimo.* Cum apocalypſis freqventiſſime tropis & figuris utatur, caveat omnino interpres, ne ad proprietatem verborum cuncta aut pleraq; hîc revocare ſtudeat. Troporum enim & figurarum freqventia minime id fert patiturq;: neceſſitatemq; interpreti imponit, a proprietate plerumq; diſcedere. Itaq; *Ansbertus* præfatione commentarii, *apocalypſin neqvaqvam juxta literam intelligi debere*, idq; *manifeſta ratione comprobari.* Et *Hieronymus* præfatione in librum 18 commentarii in Eſaiam. *Si apocalypſin*, inqvit, *juxta literam accipimus, Judaizandum eſt nobis.* Atq;. Epiſtola 148. ad Marcellam. *Omnis ille liber, aut ſpiritualiter intelligendus eſt, ut nos exiſtimamus, aut ſi carnalem interpretationem ſeqvimur, Judaicis acqvieſcendum eſt fabulis.* Nec non ex recentioribus noſtras Ampliſſimus & Excellentiſſimus *Wandalinus junior* in Conſideratione chiliasmi cap. 7. pag. 109. *Si ſecundum*, inqvit *literam omnia aut pleraq; in apocalypſi expenderis, in mille difficultates incides.* Plura eo ſpectantia teſtimonia habes antea numero 5. 6. & 7. Et qvia troporum figurarumq; freqventia, neceſſitatem hic facit recedendi a proprietate & ſimplicita-

te: ideo qvoq;, prophetiarum interpretatio tropica & figurata, prius plerumq; hic tentanda, qvam propria & ſimplex: nam ad illud qvod uſitatius atq; freqventius eſt, prius & potius ſe accommodabit interpres, qvam ad illud qvod rarius atq; infreqventius eſt. Tropica qvoq;: & figurata hic qvaſi domeſtici & familiares exiſtunt, propria autem & ſimplicia qvaſi advenæ. Jam vero domeſtici & familiares prius admittuntur, qvam advenæ & peregrini In ænigmatibus deniq;, qvalis etiam apocalypſis exiſtit, prius curvum & obliqvum qværitur, deinde autem curvo & obliqvo locum non inveniente, qvod eſt rectum. Atq; hinc etiam interpreti, a proprietate & ſimplicitate recedere hic licet, etiamſi nullam aliam ejus aſſignet cauſam, qvam generalem illam. ſcriptum hoc ſuis in vaticiniis, ſæpius figurate & tropice loqvi, qvam proprie ſimpliciterq;: dummodo interpretatio ejus alias vitioſa non deprehendatur atq; inidonea.

32. *Octavo.* Qvæ apocalypſis generaliter dicit, interpres generalia eſſe ſinet, & pariter qvæ ſpecialiter dicit, ſpecialia eſſe ſinet: neq; ſuomet arbitratu generalia de mere ſpecialibus, aut ſpecialia de mere generalibus, ſicut nonnulli vitioſe faciunt, interpretabitur. Nam ut prophetia, ſicut eſt 2. Petr. 1 ex humano non eſt orta aut prodita arbitrio, ſic nec humano explicari & exponi debet arbitrio. Qvod vero, ſpecialia generaliter tantum & indefinite interpretantes, eô ſe excuſant, qvod, ut ajunt,

ſen-

ſenſus plenior ſit qværendus, id vanum & frivolum eſt perfugium. Senſus enim ſcripturæ & particulatim prophetiarum, non aliter plenior eſt qværendus, qvam veritas rei & ſacra concedit Scriptura. Et ſenſus is, qvi ſpecialiter dicta maxime hiſtorica, qvalia apocalypſeos, qvippe vaticinii hiſtorici ſunt dicta, transformat in mere generalia & indefinita, revera non plenior ſed inanior eſt. Nam eo minus qvid dicit hiſtoria, qvò magis indefinite & generaliter qvid dicit: eò plus autem qvo ſpecialius. Sic longe plus eſt, ſi Jacobi filios, urgente fame ſpecialiter dicas in Ægypto emiſſe frumentum, qvàm ſi generaliter & indefinite dicas, in terra vel regione aliqva ipſos emiſſe frumentum. Et multo plus & amplius eſt, primo ſigillo ſpecialiter ſignificari primæ periodi prædicationem evangelii, qvam indefinite prædicationem evangelii: & primo tubicinio ſpecialiter indicari primæ periodi perſecutionem ob evangelium, qvam indefinite perſecutionem ob evangelium. De qvo plura deinceps, Schediasmatis 8. numero 7. & 8.

33. *Ultimo* cavebit qvoq; interpres ne vaticinia contra apocalypſeos ſcopum interpretetur, nempe de rebus aut mere politicis, aut Novo & Veteri Teſt. communibus: ſemperq; operam dabit, ut interpretationes ſcopo exacte conſentiant, illiq; nullatenus adverſentur. Hactenus de negotiis ad hoc Schediasma pertinentibus.

Au-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

AUCTARIUM.

De duobus teſtibus, qvi Apoc. XI. diebus 1260. ſaccati prophetant.

I.

Apocalypſeos cap. XI. duo repreſentantur teſtes, qvi coram Deo terræ id eſt antichriſto ſtantes ſaccati prophetant. De his teſtibus nonnulla, tanqvam ad ea qvæ Schediasmatis hujusce ſecundi numero 26. de periodis antichriſtianis dicebantur pertinentia, adjicere libet. Hi teſtes *per* 1260 dies *ſaccati prophetant*: adeoq; per omnes antichriſti periodos prophetant. *Dies* enim *illi* 1260. idem ſunt atq; antichriſti periodi, ſive tempus tempora & dimidium temporis. Sunt autem illi duo teſtes, Veteris & Novi Teſt. *prophetiæ de antichriſto. Coram Deo terræ prophetare* dicuntur, ſiqvidem de antichriſto prophetant, qvi ſe Deum conſtituit terræ, & ſedet in Dei templo, id eſt eccleſia tanqvam Deus, uti eſt 2. Theſſ. 2. *Stantes etiam coram eodem Deo* terræ vel antichriſto, iis 1260. diebus prophetare dicuntur: qvia his 1260. diebus prophetant coram antichriſto præſente & regnante ſive Deum terræ ſemet conſtituente. Coram iis enim ſtare dicimur, qvos & qvidem in dignitate & auctoritate conſtitutos, habemus præſentes. Sic Anna, 1 Sam. 1. v. 26. coram Eli ſacerdote ſtantem ſe eſſe precatam dicit; qvia in ejus tanqvam ſupremi

mi judicis præſentia id fecit. Pari modo Levitæ Num. 16. v. 19. dicuntur coram eccleſia ſtare & ſervire. Et Joſ. 20. v. 6 & 9. homicida coram conventu ſtate: nec non apoſtoli Marc. 13. v. 9. coram regibus ſtare. In ſacco autem adeoq; velati & involuti, diebus illis 1260, hi teſtes prophetare dicuntur, qvia interea temporis, & antichriſto tunc regnante, prophetiæ de antichriſto, ſonabunt qvidem audienturq; ſed obſcure. Nec intelligentur, niſi præteritis illis propheticis 1260 diebus. Ideo etiam de toto phialarum tempore, qvod illis propheticis 1260. diebus ſive totidem annis, exacte reſpondet, Apoc. 15. verſu 8. dicitur, templum fumo gloriæ & potentiæ divinæ eſſe oppletum, nemine mq; ingredi potuiſſe in templum, id eſt intelligere potuiſſe Dei judicia, in eo fumo ſemet exſerentia (qvomodo talis ingreſſus, Pſalmi qvoq; 73. v. 17. uſurpatur) anteqvam ſeptem phialarum finirentur plagæ. Et aliàs qvoq; ſacris in ſcripturis, ſaccus obſcuritatis eſt ſymbolum: velut in verbis Apoc. 6 ſol obſcuratus eſt ut ſaccus cilicinus. Eſa. 50. v. 3. veſtio cælum atrore & ſaccum ponam tegmen ejus. Atq; David Pſalmo 38 ſe in ſacco ambulare ſignificaturus, dicit ſe toto die ambulare atratum.

2. Qvod iidem teſtes ſive Veteris & Novi Teſt. prophetiæ de antichriſto, dicuntur eſſe *duæ oleæ & duæ lychniæ*: eodem reſpicit; nam oleum ex olivis necdum expreſſum & in lucerna necdum accenſum, etiamſi ad lucendum ſit aptiſſimum, nondum tamen

men lucet: neq; lychniæ ſive lucernæ ſine accenſo eodem oleo lucent. *Ignis ex teſtium ore prodiens, & inimicos eorum interficiens*, notat, antichriſtianam cohortem, qvæ his teſtibus recte intellectis eſt inimica, perituram & qvidem igne: idq; in hiſce propheriis eſſe qvoq; prædictum. Ceu revera qvoq; in iis eſt prædictum. Nam cornu parvum id eſt antichriſtus Dan 7. v. 11. dicitur interfectus tandem, & corpus ejus in ignem comjectum. Et Ezech. 38. v. 21. dominus dicit ſe pluiturum igne & ſulphure ſuper Gogum & turmas ejus & cap. 39. v. 6. ſe miſſurum ignem in Magog. Atq; Apoc. 19 v. 20. beſtia, id eſt antichriſtus & pſeudopropheta, id eſt ei addictus clerus, dicuntur vivi conjecti eſſe in ſtagnum ignis. Tum & Apoc. 17. v. 16. reges terræ dicuntur meritricem Babylonicam igne eſſe combuſturi.

3. Porro teſtes dicuntur habere *poteſtatem claudendi cælum, ne pluat in diebus prophetiæ ipſorum*, eiq; conforme eſt, qvod in hiſtoria Apoc. 10. v. 1. & ſeqventibus, qvæ finitis ſaccatæ prophetiæ diebus incipit, tum demum angelus facie ut ſol lucens, id eſt Chriſtus apparet, iridem circa caput habens adeoq; pluere denuo incipiens. Iris enim pluviæ eſt ſignum, & cum iris apparet, pluere qvoq; ſolet. In prophetiæ autem ſaccatæ diebus clauſum eſt cœlum, pluviaq; deſideratur, qvia antichriſti regnantis annis 1260, ſpiritualium charismatum atq; donorum perrara erit pluvia: & eccleſia tunc erit

qvaſi

vaſi eremus: qvippe ut eſt Apoc. 12. v. 6. in eremo 260 diebus nutrienda. Præterea teſtes dicuntur abere *poteſtatem convertendi aqvam in ſangvinem.* Id autem hoc ſibi vult, prophetias de antichriſto, rædicere qvoq;, aqvam vertendam in ſangvinem. Id fit in tubicinio ſecundo Apoc. 8. v. 8. nec non in hiala ſecunda & tertia Apoc. 16. v. 3. & 4. Eolemq; etiam ſpectat anichriſtianæ cohortis volans olumen Zach. 5. v. 3., perjurium furtumq; juſtum ſſe declarans. Nam aqva in ſangvinem converſa, notat qvoq; doctrinarum, qvæ aqvis etiam Ezech. 47. v. 1. & Zach. 14. v. 8. comparantur. perverſionem, ad defendendam iniqvitatem & impietatem, qvæ figurate ſangvis dicuntur. De qvo vide dicta n Phoſphori recenſu numero 19. & 52.

4. Deniqve qvod additur, teſtes hoſce habere *poteſtatem percutiendi terram plagis, qvandocunq; voluerint,* notat, terram ſive mortales ſub antichriſti imperio in prophetiæ ſaccatæ diebus, ſeptem inſignioribus eſſe feriendos plagis. Nam qvoties velis percutere, eſt perfecte percutere, & in illis qvæ perfecte fieri cenſentur, ſunt etiam qvæ ſepties fiunt: ſi qvidem ſeptenarius perfectionis eſt numerus: ut ideo qvoq; *Beda* in Apoc. 1. *in ſeptenario numero omnis plenitudo conſiſtit.* Illæ autem in prophetiæ ſaccatæ tempore plagæ perfectæ vel ſeptem, ſunt phialarum plagæ, qvas conſtat eſſe ſeptem. Atq; eæ etiam tota 1260 dierum vel totidem annorum ætate vexant mortales. Et propterea qvoq; eandem antichriſti regnan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

regnantis ætatem, in ſeptem periodos vel chronicas dividunt portiones: de qvo vide dicta in Phoſphori recenſu, numero 47. & 48 Reliqva qvæ ad hoſce teſtes pertinent, nempe eorundem interfectionem, reſurrectionem & in cœlos aſcenſionem, in Phoſphori recenſu numero 29. 71. 72 & 74. explicavimus: Ideoq; ea hic omittimus, iis qvæ diximus locis, cui libet, legenda.

SCHEDIASMA III.

Præcipuorum qvorundam, in Apocalypſeos ſive imaginibus, ſive extra illas, verborum abſtruſiores ſignificationes proponuntur.

Qvia apocalypſin interpretaturo non inutile eſt, præcipuarum in ejus ſive imaginibus ſive extra imagines, vocum abſtruſiores ſignificationes in conſpectu habere, earundem ſignificationum nonnullas potiores, qvæ occurrerunt, aliis doctioribus ad incitamentum, ut plures congerere laborent, heic proponere libuit.

Abyſſus, de abyſſo eccleſiaſtica, ſive Papæ ſubjectis aut regionibus aut eccleſia maxime clericâ. Apoc. 9. v. 1. & 2. Stellæ de cœlo decidenti, data eſt clavis putei abyſſi aperiendi. cap. 20 v. 1. de poteſtate abyſſum eandem claudendi; angelus de cœlo de-

eſcendens habebat clavem abyſſi & draconem li- avit, in abyſſumq; conjecit.

Aculeus, vis lædendi atq; nocendi, cap. 9. v. 10.

Aer de doctrina eccleſiaſtica cap. 9. v. 2. Sol & aer o mo ex puteo abyſſi prodeunte obtenebratus eſt. cap. 16. v. 17. Septimus angelus phialam ſuam effu- it in aerem.

Ægyptus de Romana eccleſia. cap. 11. v. 8. Ca- avera duorum teſtium interfectorum, jacebant in lateis civitatis magnæ, qvæ diciturSodoma & Ægy- tus: id eſt Rom. in eccleſ. contemta erant & qvaſi pe- ibus calcabantur, velut ſolent in plateis jacentia.

Agnus id eſt Chriſtus ratione humanæ naturæ onſideratus, cap. 5. v. 6. & paſſim.

Ala de duplici Romano imperio, nempe orien- ali & occidentali. cap. 12. v. 14. Datæ ſunt mulieri uæ alæ.

Ala de verbis & doctrina. Vide notata de eo einceps, Schediaſmatis ſexti numero 12. & 13.

Alatum animal, de clero atq; docentibus in eccle- ia. Veluti in verbis cap. 4. v. 6. In medio throni, k circa thronum erant qvatuor animalia plena o- ulis ante & pone. Eorundemq; animalium alibi voq; in apocalypſi ſæpe fit mentio. Et qvod ſint lerus & docentes in eccleſia, deinceps Schedias- nate ſexto, numero 11. & ſeqventibus reperies robatum.

Albæ ſcilicet veſtes, de juſtitia. Vide Schedias- natis ſexti numerum 8.

Alta-

Altare ſive ara id eſt clerus. Sic cap. 8. v. 3. angelus, id eſt Chriſtus altari aſtare dicitur, qvatenus clero & docentibus recte ſe gerentibus, ſua gratia & defenſione peculiariter adeſt & aſſiſtit. Et in ſigillo qvinto cap. 6 v. 9. martyres ſub altari repræſentantur, qvatenus a clero pontificio qvi a Deo defecerat, ſunt oppreſſi. Ideo autem clerus, & in eo docentes, altaris figurâ adumbrantur, qvod in Veteri Teſt. non modo Levitæ, ceu ex Num. 3. v 6. & ſeqventibus liqvet, templi & tabernaculi, adeoq; & qvædam altaris fecerint miniſteria: ſed & ſacerdotes peculiaria qvoq; atq; potiſſima altaris fecerint officia; ceu Moſes Num 18. v. 7. & auctor poſterioris chronicorum cap. 26. v. 18. docent. Atq; hinc etiam clerus 1: Cor 9. v. 13. dicitur aſſidere altari & participare de altari, nec non Hebr 13. v. 10. edere de altari.

Amen id eſt veritas. Sic Chriſtus cap. 1. v. 18. & cap 3. v. 14. vocatur.

Angelus, in pleriſq; omnibus apocalypſeos locis, non eſt individuum, ſed ſocietas qvædam plurium ad aliqvid agendum, ſive miſſorum ſive admiſſorum. Sic angelus cap. 14 per medium volans cœlum, eſt tota primorum reformatorum ſocietas & multitudo, qvorum præcipuus erat Lutherus. Et ii qvoq; ſunt cap. 18 v. 1. angelus deſcendens de cœlo, ex cujus gloria illuſtrata eſt terra: nec non cap. 20. v. 1. angelus habens clavem abyſſi. De angelis ſeptem tubicinibus *Matthias Hoe*, in commen-

tario

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

...ario ad cap. 8. *Ante omnia*, inqvit; *notetur non eſſe* ...*ndividua ſeptem.* Sic etiam angeli qvatuor cap. 7. v. 1. tenentes qvatuor ventos, & qvatuor angeli ...cap. 9. ad Euphratem ligati poſteaq; ſoluti, ſunt qvatuor pontificii cleri ordines, de qvibus vide dicta ...n Phosphori recenſu numero 27. & 28. Itaq; & *Abbas Joachimus* in Apoc. 1. ad verba, mittens ange- ...um ſuum. *Notandum* inqvit, *qvod in hoc libro vix* ...*ut nunqvam, nomen angeli ſimpliciter introducitur.*

A *Angelus*, de docentibus in eccleſia & ſimul eccle- ...iâ ipſâ. Ita in epiſtolis apocalypticis cap. 2 & 3. ...aſſim nomen angeli intelligitur. Ideoq; *Primaſius* ...n commentario ad initium capitis 2. *Chriſtum unam* ...*acere angeli eccleſiæq; perſonam.* Et *Ansbertus*, aper- ...um eſſe, *in angelis eccleſias & in eccleſiis angelos intel-* ...*igi debere.* Atq; *Matthias Hoeus* in Commentario ...apitis ſecundi, ſcrupulo primo epiſtolæ 3. *Indubi-* ...*ate obſervandum eſſe ait, epiſtolam hanc & cæteras, non* ...*d ſolos epiſcopos, ſed totas eorum eccleſias pertinere.* ...t huc exclamationem qvoq; facere, qvæ ſingulis ...ſt appenſa: qvi habet aures audiendi, audiat qvid ...piritus dicat eccleſiis.

A *Anguli qvatuor terræ*, de certis qvatuor Europæ ...el occidentis Papatui ſubjectis regionibus, & juxta ...vatuor cardines mundi ſibi invicem oppoſitis. Cap. 7. v. 1. Videntur eæ regiones eſſe Italia, Hiſpania, ...allia, Germania: qvippe qvæ ita comparatæ: de ...vo vide notata in Phosphori recenſu, numero 27.

A *Annus*, in apocalypſeos vaticiniis, nusqvam

annus aliqvis eſt vulgaris. Et cap. 20., in regnantium mille annis, idem eſt qvod menſis, vel annus menſtruus: de qvo vide Schediasma 12. Capite autem nono v. 15. in verbis, de qvatuor angelis, paratis ad horam, diem, menſem, annum, notat annum propheticum ſive myſticum, trecentos ſexaginta vulgares annos complectentem: ſicut & iisdem in verbis menſis, eſt myſticus menſis, triginta vulgares complexus annos, & dies, eſt myſticus dies, unum annum vulgarem complexus: nec non hora eſt myſtica hora, diei prophetici ſive myſtici, hoc eſt unius anni vulgaris complexa partem ſive duodecimam, ſive qvartam & vigeſimam; nempe vulgarem menſem aut totum aut dimidiatum: adeo ut ſumma tota ex ejusdem loci myſtico anno menſe, die, & hora; ſint anni vulgares trecenti nonaginta & unus cum parte ſecundi. Nam qvod angeli qvatuor tubicinii ſexti, tanqvam ejus tubicinii plaga, dicuntur parati eſſe ad annum, menſem, diem, horam: notat hujus tubicinii plagam hancce incepturam, cum ab initio plagæ proxime ſuperioris, ſive qvinti tubicinii, nempe locuſtarum, prætererint anni vulgares 391. cum unius anni vulgaris adhuc parte. Idq; hiſtoriæ qvoq; conſentit. Nam locuſtarum id eſt mendicantium monachorum acerbitas in mortales tyrannisq;, anno æræ chriſtianæ aut 1206. aut 1207. incepit. Eo enim tempore Dominicani & Franciſcani, qvi mendicantium monachorum fuere potiſſimi, primum

exſere-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

exſerere ſemet, aliisq; graves eſſe cæperunt. Nam qvod ad Dominicanos attinet, circa hoc tempus princeps atq; anteſignanus eorum, *Dominicus*, inqviſitionem in hæreticos, & contra ipſos & fautores ipſorum prædicationem incepit. Ad annum 1206. refert id *Angelꝰ Manriqvez*, in Annalibꝰ Ciſtercienſibus; ejusdem anni cap. 1, argumentis qvoq; ex hiſtoria idem probans. Atq; aſtipulatur ei *Odoricus Rainoldus* in Annalibus, dum ejusdem anni numero 27. Dominici virtutem hoc anno effloreſcere affirmat: & tum eodem numero tum ſeqventibus, ipſum qvoq; tunc contra hæreticos & eorum fautores prædicare cæpiſſe commemorat. Ad annum proxime ſeqventem 1207, eorundem Dominicanorum originem refert *Magnum chronicon Belgicum*, eo anno inſtitutum contra Albigenſes prædicatorum ordinem cœpiſſe dicens, idq; teſtari qvoq; *Albericum* chronographum. Qvod ad Franciſcanos attinet: ipſos qvoq; hoc tempore cœpiſſe conſtat, & inſtitutionem ordinis ipſorum ad annum 1206. refert *Walterus Henningfordus* Chronici libro 2. cap. 103.; *Paulus Langius* in chronico Citizenſi, atq; *Compilatio chronologica*; cum res anni 1200. commemorat. *Odoricus* qvoq; *Rainoldus* in Annalibus, anni 1206. num 43. Franciſcum ordinis anteſignanum auctoremq;, hoc tempore, cum Waldenſes & Patareni, ſimplices illaqvearent, illuxiſſe dicens, paulo antea addit, ipſum hoc anno 1206; ad emendandos Chriſtianorum mores, no-

vam qvoq; vivendi arripuiſſe rationem : idq; tradere qvoq; *Albertum Stadenſem* & *Martinum Polonum* : item *Bernh. Gvidonem* in chronico Romanorum Pontificum , & *Antoninum* parte tertia tituli 24. capite 7. nec non *Lucam Wadingum* in Annalibus Minorum. Numeratis autem ab anno ſive 1206. ſive 1207. porro annis 391. cum parte ſecundi : qvot Apoc. 9., comprehenduntur in myſtico anno , menſe, die, hora, qva tubicinii ſexti plagæ oſtenditur orta , pervenitur ad annum æræ Chriſtianæ ſive 1598. ſive 1599: Qvorum annorum alterutro certum eſt, plagam tubicinii ſexti eſſe exortam, & qvatuor Jeſuitizantium ordines, qvi illa ſunt plaga, hactenus ligatos , eſſe tunc qvaſi ſolutos , ſtudiumq; pervertendi & ad Papiſmum reducendi homines, illis tunc incepiſſe admodum ſuccedere.

Aqva , id eſt doctrina eccleſiaſtica. De ea accipitur vox in verbis cap. 8. v. 10. Tertia pars aqvarum verſa eſt in abſinthium, & cap. 16. v. 4. Tertius angelus effudit phialam ſuam in fontes aqvarum , & factæ ſunt ſangvis. Similiter nomen aqvæ ſumitur Eſa. 44. v. 3. Ezech. 47. v. 1. & Zach. 14. v. 8.

Aqva de multitudine adhærentium Papæ & Romanæ eccleſiæ. Cap. 16. v. 12, Exaruit aqva Euphratis. & cap. 17. v. 15. Aqvæ qvas vidiſti, ubi meritrix ſedet, ſunt populi , turbæ , gentes , lingvæ.

Aqvila magna de Romano imperio. Cap. 12. v. 14.

Arca teſtimonii id eſt Chriſtus. Cap. 11. v. 19. Et apertum eſt templum Dei in cœlo , & apparuit arca

teſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

teſtimonii ipſius in templo ipſius, & facta ſunt fulgura, & voces & tonitrua, & motus & grando magna. Inde autem arca Chriſtum notare cognoſcitur, qvod Paulus Rom. 3. v. 25. dicat, Chriſtum eſſe noſtrum *ἱλαστήριον* ſive propitiatorium. Nam arca & propitiatorium, qvanqvam interdum diſcernuntur, ut pars & totum, tamen interdum qvoq; idem ipſum ſunt, veluti ex Heb. 9. v. 4. & 5. liqvet. Qvod autem arca hoc apocalypſeos locô dicitur apparuiſſe in templo Dei, ideo fit, ut oſtendatur, qvando hic motus, nec non fulgura, voces, tonitrua & grando ſunt facta, nempe id factum eſſe, cum Chriſtus ſuis miraculis & doctrina mundo ſe notum faciebat. Tunc enim evangelii fulgura & tonitrua ſemet exſerebant. Tunc etiam magnus motus, ſive eccleſiaſticarum rerum concuſſio & mutatio, ab Haggæo qvoq; prophetiæ capite 2. v. 7. prædicta cœpit: nec non grando magna, id eſt ingens perſecutio, eorum qvi evangelium profitebantur.

Arbor generaliter de homine Cap. 7. v. 1.

Arbores de eminentioribus inter Chriſtianos; nempe eorum doctoribus. Cap. 8. v. 7. & cap. 9. v. 4.

Arbor vitæ id eſt Chriſtus. Cap. 2. v. 7.

Arcus de evangelio. Cap. 6 v. 2., cum ibi ſigilli primi eqvus introducitur cum arcu.

Avis, de certo genere hominum. Cap. 19. v. 17. & 21.

Aurum, id eſt ſacra ſcriptura & verbum Dei, cap. 9 v 7 & Cap. 17. v. 4.

Babylon id eſt Romana, non urbs, ſed eccleſia, & qvidem clerica, ſive clerus, maxime ſuperior, de qvo videatur *Heideggeri Babylon*, & hic Schediasma 1. numero 6.

Beſtia id eſt antichriſtus. Cap XI. v. 7. Cap. 13. v. 1. Cap 16. v. 2. & 10, alibiqve.

Beſtiæ terræ, id eſt homines beſtialiter viventes. Cap. 6:v. 8.

Cadere, de clade accepta, & particulatim de magnæ dignitatis amiſſione, atq; ruina exitioq; Cap. 11. v. 13. decima pars civitatis cecidit. Cap. 14. v. 8. cecidit cecidit Babylon, civitas illa magna, qvoniam ex vino iræ ſcortationis ſuæ gentibus dedit bibere. Cap. 16 v. 19. civitates gentium cecidere.

Cadere de apoſtaſia a veritate cap. 18. v. 2. Cecidit cecidit Babylon, civitas illa magna, & facta eſt habitaculum dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi.

Calculus candidus, de teſtimonio interno ſpiritus ſancti & bonæ conſcientiæ. Cap. 2. v. 17.

Candelabrum ſive lychnia. In Græco textu ſemper eſt vox λυχνίας, ſed interpretes latini ſæpe interpretantur candelabrum. Idq;. admitti poteſt, non ſpeciali ſignificatione, & qva candelabrum eſt inſtrumentum, continens lucentes candelas ſive cereas ſive ſebaccas; ſed generali, & qva candelabrum, ut

ſicut *Martinius* in Lexico philologico docet, idem qvoqve eſt, qvod lychnuchus, continens illud qvod lucet. Nam vox Græca λυχνίας generalis qvoq; eſt, & Moſaicæ hic reſpiciuntur lychniæ, qvæ non candelis, ſed oleo lucebant: pro ut ex verbis Moſis Exodi 25 v. 6. & cap 35. v. 8. de oleo tabernaculi lychniis attributo, colligi poteſt. Mentio autem lychniarum vel candelabrorum in Apocalypſi eſt capite 1. v. 20. & cap 2. v. 1. alibiq;. Myſtica vero & abſtruſior ſignificatio, qvam in Apocalypſi, candelabrorum horunce vel lychniarum habet nomen, eſt qvod denotent eccleſias. Itaq; Chriſtus cap. 1. v. 20. Septem candelabra (ſive lychniæ) ſunt ſeptem eccleſiæ. Plura huc pertinentia deinceps in Lychnia.

Caput de forma regiminis. Cap. 17. v. 9. & 10. Septem capita ſunt --- ſeptem reges.

Capillus vel crinis muliebris, de illecebris ad male agendum. Cap 9 v. 8. in locuſtarum crinibus. Similiterq; accipitur Eſa. 47. v. 2. in verbis: filia Babylonis accipe molam, mole farinam, retege crines, nuda tuas plantas, detege crura.

Caro de opibus & poſſeſſionibus. Cap. 17. v. 16. Decem cornua, id eſt decem reges, carnes meretricis comedent. Sic & cap. 19. v. 18. carnes regum, chiliarchorum & aliorum, id eſt clericorum nimiæ opes dicuntur comedendæ.

Catena de evangelii doctrina, a Proteſtantium do-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ctoribus contra Papales errores denuo propoſita. Cap 20. v. 1. angelus de cœlo deſcendens habebat clavem abyſſi, & catenam magnam in manu. Catenæ autem, evangelii doctrina, ideo aſſimilatur, qvod ut catena certis & cohærentibus conſtat nodis articulisq;, ſic & ſancti evangelii doctrina certis & optime inter ſe connexis conſtet fidei capitibus & articulis.

Character beſtiæ, id eſt, nota, unde qvis dignoſci poſſit, Papatui & Romanæ eccleſiæ eſſe addictus. Cap 13. v. 16 Cap. 15. v. 2. & Cap. 20. v. 4.

Cauda de aſſeclis. Cap. 12. v. 4. draconis cauda tertiam partem ſtellarum detraxit de cœlo, & projecit in terram, id eſt ethnici & alia Satanæ membra aſſeclæq;, ſtellas, id eſt Romani imperii credentes vel ſanctos, detraxit de eorum temporali vigore & dignitate & humi dejecit: nempe dum eos omni hujus vitæ dignitate & ſimul vitâ privavit. Similiter cauda Deut. 28. accipitur, nempe in verbis v. 13. Conſtituet te dominus caput, non caudam, & eris ſupra non infra, ſi qvidem audis præceptum Domini Dei tui. Atq; v. 43. & 44. de inobedientium pœna. Inqvilinus aſcendet ſuper te ſupernè, & tu deſcendes infra eum infernè. Ille erit tibi caput & tu eris cauda.

Cælum de eccleſia, Cap. 6. v. 14. Cœlum receſſit ut liber involutus. Cap. 19. v. 14. exercitus in cœlo ſeqvebantur ſedentem in eqvo.

C[illegible]m de rebus ſpiritualibus earumq; cura & a-

mo-

more. Cap. 8. v. 10. Stella magna cecidit de cœlo in terram. Cap. 9. v. 1. Vidi ſtellam qvæ ceciderat de cœlo in terram. Utrumq; dicitur de Papis, omiſſo ſpiritualium & cœleſtium amore, terrenæ poteſtati inhiantibus.

Cælum medium pro eccleſia media. Idq; vel *temporis ratione*, in tubicinio qvarto, Cap. 8. v. 13: Nam ibi in medio cœlo volans angelus, eſt qvi in eccleſiæ media ætate ſive qvarta periodo volat, de qvo vide Schediasm. 7. numero 28. Vel *loci ratione*, ut cap. 19. v. 17. aves volantes in medio cœlo, & Cap. 14. angelus æternum annuncians evangelium, in medio volat cœlo: ideſt in mediis eccleſiæ occidentalis locis, vel in media Europa.

Cælum de magiſtratuum in Romano imperio dignitate. Cap. 12. v. 9. Locus draconis & ejus angelorum, non amplius inventus eſt in cœlo, cumq; angelis ſuis in terram eſt dejectus.

Civitas de ſocietate & multitudine hominum, certis legibus in unum conjunctorum. Sic vox hæcce ſæpe in apocalypſi accipitur. Et pari qvoq; modo *Tacitus* de moribus Germaniæ cap. 37. Cimbros *parvam vocat civitatem*, nec non *Cæſar* libro primo Belli Gallici, totam Helvetiam gentem, civitatem appellat. Alia ejusmodi teſtimonia vide in Phosphori recenſu, numero 59, & in Addendis ibidem numero 3.

Civitas magna de Romana eccleſia & ſubjectis ei in occidente regionibus. Cap. 11, v. 8. Cadavera

teſtium jacebant in civitatis magnæ plateis. Cap. 16. v. 19. Civitas magna evaſit in tres partes. Similis verbi ejus acceptio cap. 17. v. 18. &c. cap. 18. v. 18. & 19.

Civitas de eccleſia Proteſtantium. Cap. 20. v. 9. Gog & Magog circumdederunt caſtra ſanctorum & civitatem dilectam.

Civitas de collegio aut ſocietate minore. Cap. 16. v. 19. civitates gentium cecidere.

Clavis de poteſtate. Sic clavis abyſſi, de poteſtate in abyſſum. Cap. 9 v. 1. & cap 20. v. 1. Atq; claves inferni & mortis cap. 1. v. 18. de poteſtate in mortem & infernum.

Corona de victoria Cap. 6. v. 2. & cap. 2. v. 8.

Corona de ſuprema ſive regnandi poteſtate. Cap. 13. v. 1. beſtia repræſentatur habens decem cornua & in illis decem coronas.

Cornu, regnum. Cap. 17. v. 12. Decem cornua qvæ vidiſti ſunt decem reges id eſt decem regna.

Cornu, poteſtas. Cap. 13. v. 11. Beſtia ex terra aſcendens habebat duo cornua, id eſt duplicem poteſtatem, civilem & ſpiritualem, nec non ſolventem & ligantem. De Romanæ enim eccleſiæ clero ſermo eſt.

Dies pro anno. Ut cum cap XI. duo teſtes dicuntur 1260 diebus in ſacco eſſe vaticinaturi.

Dies pro ſcientia divina ſive Theologica. Cap. 8. v. 12. De qvo vide Phosphori Addenda. numero 1.

Draco de Romani imperii ſatana. Cap. 12. v. 9.

Eqvus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Eqvus de tempore. Sic qvatuor priorum ſigillorum tempora, qvatuor repræſentantur eqvis.

Eremus pro ſtatu illo, qvi ſimilis eſt eremo. Eo reſpicitur cum Apoc. 12. v. 6. & 14. Mulier ſole veſtita, id eſt eccleſia, dicitur diebus 1260 in eremo nutrienda.

Euphrates de Romana eccleſia. Cap. 16. v. 12. & Cap. 9. v. 14.

Fames de raritate verbi Divini Cap. 6. v. 8.

Fluvius de eccleſiaſticis doctrinis Cap. 8. v. 10 & Cap. 16. v. 4. Sic & fluvii nomen uſurpatur in dicto Pſ. 46. v. 5. Flumen rivorum Dei gaudio afficiet civitatem Dei.

Fontes de eccleſiaſticis doctrinis Cap. 16. v. 14. & Cap. 8. v. 10. Similiter vox fontis intelligitur in verbis Pſalm. 68. v. 27. Laudate deum ex fonte Iſraelis. & Joel. 3. v. 11. Fons de domo Dei exibit.

Frons de iis qvæ palam ſunt Sic Cap. 14. v. 1. Nomen Dei in fronte ſcriptum habere, eſt verbum Dei profiteri palam.

Frænum de poteſtate alios regendi. Cap. 14. v. 20. Sangvis aſcendit usq; ad frænos eqvorum, id eſt usq; ad eos, qvi alios regendi habent poteſtatem.

Fulgura, capite XI. v. 19. & capitis 16. v. 18. de verbi divini prædicatione, vel potius de illuſtratione qvæ fit per verbi prædicationem. De qvo plura in Schediasmatis 4. numero 9.

Fumus de veritatis obſcuratione, & mendaciis, Cap. 9. v. 2. 17. & 18. Eadem qvoq; prophanis in

ſcriptis

ſcriptis & ſermonibus uſurpatur ſimilitudo. Nam, ut eſt in Ælii Lampridii Severo cap. 8. idem Severus, mendacem, & accepto promiſſæ opis pretio, falſis tamen pollicitis homines lactantem, fumo necari curans, dixit, fumo punitur qvi vendidit fumum.

Gladius de verbo Dei vel evangelio. Cap. 2. v. 16. Pugnabo cum illis gladio oris mei, inqvit Chriſtus. Et vulnus ex gladio qvod caput unum beſtiæ, cap. 13. v. 3. & 14. accepit, eſt vulnus qvod Papatus ex verbo Dei per Valdenſes & alios Chriſti teſtes prædicato, acceperat.

Gramen de Chriſtianis laicis, ſive non docentibus Cap. 8. v. 7.

Grando de perſecutione & afflictione. Cap. 8. v. 7. cap. 11. v. 19. & cap. 16. v. 21. Similiter ſumitur in verbis Eſa. 28. v. 2. Fortis ſicut tempeſtas grandinis ---cum impetu, dejiciet in terram. Et v. 17. Subvertet grando ſpem mendacii.

Hora de menſe ſive integro ſive dimidiato Cap. 9. v. 15. Vide qvæ antea ad vocem annus ſunt dicta. Aliter ſumitur hora in ſemihorio ſigilli ſeptimi; ſed qvid ibi ſit, ſive qvantum tempus ſignificet, adhuc prorſus eſt ignotum.

Hyacinthini thoraces, id eſt fumei. Nam fumus eſt hyacinthini ſive cærulei coloris. Cap. 9. v. 17. ii hyacinthini thoraces, dicuntur de Jeſuitizantium mendaciis & veritatis obſcuratione, qvibus ſe ſuis in male factis, inter alia muniunt armantqve.

Ignis de contentione. Cap. 8. v. 8. Alia Scriptu-

ræ S. loca, in qvibus ignis idem deſignat, in Phoſ-
phori Recenſu, numero 19. vide annotata.

Ignis de ſpiritu S., aut ejus donis Cap. 8. v. 5. & cap. 14. v. 18.

Imago de auctoritate & dignitate. Cap. 13. v. 15. Qvi non adorant imaginem beſtiæ, interficientur. Ea imago beſtiæ eſt Papæ auctoritas in eccleſiam. Et vocem imaginis de auctoritate vel dignitate, habes qvoq; in verbis Pſalmi 73. Velut ſomnium evigilantis, contemtam reddis imaginem eorum.

Infernus de Romanæ eccleſiæ clero. Cap. 6. v. 8. Super qvo, vide Phoſphori Recenſum, numero 23.

Inſulæ, id eſt eccleſiæ patticulares, Cap. 6. v. 14. & cap. 16. v 20. Vide Phoſphori recenſum, numero 61.

Luna de Romana eccleſia. Cap. 6 v. 12 & cap. 18. v. 12. De qvo vide Phoſphori Addenda, numero 1.

Luna de rebus mutabilibus, aut potius de Veteris Teſtamenti cærimoniis. Cap. 12. v. 1. Mulier, id eſt eccleſia Chriſtiana, circumamicta erat ſole, & luna ſub pedibus ejus.

Locus de ſtatu & conditione. Cap. 16. v. 16. Et congregavit eos ad locum, qvi Hebraicè dicitur Harmageddon. De qvo vide Phoſphori recenſum, numero 57 a.

Lychniæ ſive *lucernæ*, id eſt eccleſiæ. Cap. 1. v. 19. Scribe ſeptem lychnias. Verſu 20. Septem lychniæ ſunt ſeptem eccleſiæ. Lychniarum autem nomine & figurâ, eccleſiæ repræſentantur: ſiqvidem ut

lych-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

lychnia vel lucerna lucet, ſic etiam eccleſia lucet. Itaq; ad eccleſiam Chriſtus Matth. 5. v. 16. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant veſtra bona opera. Et Paulus Epheſ. 5. v. 8. Eratis qvondam tenebræ, nunc autem lux in Domino. Atq; cap. 2. v. 15. Lucetis in mundo ut lumina, Φωστῆρες. Hæ autem lychniæ qvibus eccleſiæ figurantur, ſunt *primum tanqvam oleo lucentes.* Nam ſunt ejusdem generis vel ad eundem finem deſtinatæ, atq; Moſaici tabernaculi lucernæ, de qvarum oleo Exodi 25. v. 6. & cap. 35. v. 8. mentio inſtituitur. Tum & ejus generis ſunt, cujus illæ apud Zachariam cap. 4. v. 2. qvippe qvibus duæ oleæ ſunt additæ. Ideo autem eccleſiæ lychniis oleo lucentibus comparantur, qvod earum lumen, procedat ex evangelio, in qvo gaudii oleum, ceu eſt Eſa. 63. v. 3. exiſtit, ut ideo Cantic 1: v. 3. Chriſti qvoq; nomen, qvod in evangelio proponitur, ut oleum effuſum eſſe dicatur. *Deinde* eædem lucernæ, ſunt qvoq; aureæ. Ita enim Moſaici tabernaculi erant lucernæ: & hæ qvoq; Cap. 1. v. 12. & cap. 2. v. 1. ut aureæ repræſentantur. Ideo autem eccleſiæ aureis repræſentantur lychniis, qvod eccleſia ſimilis ſit auro. Rara enim eſt, ut aurum rarum eſt, qvippe arctam incedens viam, qvam pauci inveniunt, ut eſt Matth. 7. v. 14. Maximum qvoq; afflictionis ſuſtinet ardorem, ceu aurum cum probatur, maximum ſuſtinet ignem. Ideo de ipſa Eſa. 48. v. 10. Deus. In camino affli-

ctio-

tionis te probabo. Et Chriſtus Matth. 10. ad diſci-
ulos, Eritis odio omnibus propter nomen meum.
um & eccleſia ſemper durat, ceu & aurum cæte-
is durabilius eſt metallis. Ideo Johannes 1. epiſt.
v. 17. Mundus & ejus concupiſcentia tranſit,
vi autem Dei facit voluntatem, manet in æter-
num.

Mare de hominum multitudine. Cap. 8. v. 8. & 9. atq; cap. 16. v. 3. Super qvo plura in Phosphori recenſu, numero 19. & 51.

Mare vitreum de Scriptura S. ſuper qvo vide Schediasma 4. numero 9.

Mare oppoſitum terræ pro maritimis locis vel etiam eccleſiis. Cap. 10. v. 2. Cap. 7. v. 2. & 3. Atq; nunc terra, notat mediterranea loca aut earum eccleſias.

Menſis pro triginta annis. Hoc in qvinq; locuſtarum menſibus, cap. 9 v. 5. menſis denotat nomen: nec non in ejusdem capitis v. 15. verbis, de angelis ad annum, menſem, diem & horam paratis, ſuper qvibus antea ad nomen anni.

Mons pro regno. Cap. 6. v. 14. Omnis mons & inſula ex ſuis dimotæ ſunt locis. Cap. 16 v. 20. Omnis inſula fugit, & montes non ſunt inventi. De qvo amplius in Phosphori recenſu, numero 19. & 62.

Mors de Papis. Cap. 6. v. 8. Super qvo plura in Phosphori recenſu, numero 23. & 24.

Mors de impiæ vitæ lue & contagione. Cap. 6. v. 8.

Motus

Motus pro rerum turbis & mutationibus, Cap. 11. v. 13. & 19. Cap. 16. v. 18. & Cap. 6. v. 12. Et ſic movere accipitur qvoq; in verbis Domini Hagg. 2. v. 7. Adhuc parvum eſt tempus, cum movebo cœlum & terram.

Mulier, de certi generis malitia, fortaſſis impietate aut idolatria. Ut Cap. 14. v. 4. de credentibus inter Proteſtantes: mulieribus non ſunt inqvinati. Idem fere, nomen & imago mulieris Zach. 5. v. 7. videtur valere.

Mulier de eccleſia vera. Cap. 12. v. 1 & Cap. 19. v. 7.

Mulier de eccleſia Romana. Cap. 17. v. 3. & 18:

Naves id eſt eccleſiæ. Cap. 8. v. 9.

Nomina de hominibus. Cap. 3. v. 4. pauca nomina in Sardibus.

Nomen Dei id eſt verbum Dei. Cap. 14. v. 2.

Nox pro humanarum vel terrenarum rerum ſcientia. Cap. 8. v. 12. de qvo vide Phosphori Addenda numero 1.

Nox & dies id eſt adverſa & proſpera. Cap. 7. v. 15.

Obſignare aliqvid, id eſt ſinere ut ignotum maneat. Cap. 10. v. 4. obſigna qvæ tonitrua ſunt locuta, & ne ſcribe ea.

Ortus ſolis: de gratiæ divinæ & juſtitiæ ſolis exortu Cap. 16. v. 12.

Platea. In Platea jacere. pro contemni Cap. XI. v. 8.

Presbyteri viginti qvatuor, de eccleſia Chriſtiana

modo

modò totâ modo duntaxat laica. Super qvo vide Schediasma *6.*

Pſeudopropheta , id eſt Romanæ eccleſiæ clerus Cap. 19. v. 20.

Quarta pars terræ, id eſt Europæ vel occidentis incolæ. Cap. 6. v. 8.

Reges de certis regnandi formis. Cap. 17. v. 9.

Reges de ſuperioribus Romanæ eccleſiæ clericis, veluti epiſcopis, prælatis & ſimilibus. Cap. 6. v. 15. & Cap. 19. v 18.

Reges de docentibus evangelium. Cap. 16. v. 12. idem cap. 20. v. 4. cum Chriſto regnare dicuntur.

Scortatio pro idololatria, aut averſione cordis a Deo ad creaturas, Cap. 9. v. 21.

Sigillum Dei vivi, id eſt Dei verbum. Cap. 7. v. 2. & cap. 9. v. 4. Et qvod ſit verbum Dei, inde etiam liqvet qvod cap. 14. v. 1. explicetur per nomen Dei. Nomen enim Dei eſt ipſius qvoq; verbum.

Signum de Opere & facto illuſtri notabiliq; Cap. 3. v. 13. & cap. 12. v. 1.

Sol de Sole Romanæ eccleſiæ ſive Papa. Cap. 6. v. 12. cap. 16, v. 8. De qvo vide Phosphori Addenda, numero 1.

Spiritus, id eſt doctrina. Cap. 16. v. 13. Vide Phosphori recenſum numero 56.

Stellæ, id eſt, credentes, Cap. 12. v. 4.

Stellæ, id eſt docentes in eccleſia. Cap. 8. v. 10. ibi Vidi ſtellam magnam de cælo decidentem. Simili-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ter Dan. 12. v. 3. Qvi ad juſtitiam erudiunt multos, ſicut ſtellæ in perpetuum fulgebunt.

Suffimenta, id eſt preces ſanctorum Cap. 5. verſu 8. Sed cap 8. v. 4. ſuffimenta aliud ſunt. Nam ibi diſtingvuntur a precibus ſanctorum.

Templum, id eſt eccleſia. Cap. 11. v. 1. Cap. 3. v. 12. Cap 15. v 8. Et alias qvoq; in Scripturis, eccleſiæ membra, Dei dicuntur templum, nempe 1. Cor. 3. v. 16. Cap. 6. v. 19. & 2. Cor 6. v. 16. Ideo autem eccleſia vel credentes, Dei dicuntur templum, qvod Deus in ea habitet, juxta ea qvæ dicuntur Pſal. 76. v. 3. Pſal 46 v. 5. & Joh. 14. v 23. Notandum vero templum interdum latius, pro tota eccleſia Chriſtiana in Apocalypſi ſumi, veluti cap. 3. v. 12. & alibi, interdum vero ſtrictius pro eccleſia aliqva Chriſtiana particulari. Idq; fit cum templum dicitur eſſe in cælo. Velut in verbis cap. 11. v. 19. apertum eſt templum Dei, qvod eſt in cælo. Cap. 14. v. 17. alius angelus exiit ex templo qvo eſt in cælo. Et cap. 16. v. 17. Exiit vox magna ex templo cœli. Qveis in dictis, cælum eccleſiam, & templum qvoq; eceleſiam notat, ſed latiore modo cælum, ſtrictiore templum. Cælum enim, notat ſimpliciter & communiter Chriſtianam eccleſiam, templum autem, particularem aliqvam eccleſiam Chriſtianam, nempe totius eccleſiæ Chriſtianæ præcipuam partem, qvæq; in Romano imperio ſive veteri ſive novo & Papali exiſtit.

Terra pro humili & privato ſtatu Cap. 12. v. 9.

Terra, id eſt homines in terra. Cap. 12. v. 16. Terra opitulata eſt mulieri. Cap 13. v. 3. Et tota terra admirata eſt beſtiam.

Terra mari oppoſita, pro eccleſiis aut regionibus mediterraneis. Cap. 7. v. 1.

Tertia pars, pro imperio Romano occidentali vel Papis eccleſiaſtica ratione ſubjecto. Sic cap. 9. v. 8. Tertia pars maris facta eſt ſangvis &c. id eſt, per hypallagen, mare tertiæ partis. Et v. 12. tertia pars ſolis & tertia pars lunæ & tertia pars ſtellarum percuſſa ſunt: nempe ſol luna & ſtellæ tertiæ partis. Ubi utrobiq; intelliguntur imperii Papalis, vel eccleſiæ Papis ſubjectæ nempe Latinæ, mare, ſol luna, ſtellæ. Cauſa cur Romanum imperium Papale, vel eccleſia ei ſubjecta, dicatur pars tertia, hæcce eſt, qvod veteris & prioris Romani imperii ſit pars circiter tertia. Nam cum Dan. 7. v. 7. veteri Romano imperio, & qvale fuit ante ejus diviſionem in orientale & occidentale, decem dicta fuiſſent eſſe cornua, id eſt regna, verſu ſeq. 8. additur, cornu parvum id eſt antichriſtum ſive Papam, ſucceſſiſſe in locum trium ex illis cornbus, adeoq; tertiam eorum circiter partem occupaſſe. Accedit qvoq; hæc cauſa, qvod Papale imperium Romanum, ſaltem ad reformationis usq; tempora, intra Europam fuerit incluſum; & qvod Europa, intra qvam hocce imperium fuit cohibitum atq; concluſum, apud veteres tertia pars orbis terrarum ſit habita dictaq;: Tantum enim tres orbis terrarum numerabant par-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

tes, Aſiam, Africam & Europam: & Europa eis fuit pars tertia. Itaq; *Agathemeris*, Geographiæ libro 2 cap. 3 *Univerſus habitatus orbis* (ὅλη οἰκου-μένη) *in tres dividitur continentes, Aſiam, Africam & Europam. Plinius* in procemio libri tertii, *Terrarum*, inqvit, *orbis univerſus in tres dividitur partes, Europam Aſiam, Africam.* Sic illi. Aliunde qvoq; conſtat, ante poſtrema ſæculi a Chriſto nato decimi qvinti tempora, Americam qvæ qvarta pars dicitur terræ, fuiſſe plane incognitam.

Tonitru de prædicatione evangelii. Cap. 11. v. 19. Cap. 16. v. 18. & cap. 4. v. 5. Similiter ſumitur in verbis Pſalmi 68. verſu 35. Ecce tonitru ſuum tonitru faciet roboris.

Ventus de verbi divini prædicatione. Cap. 7. v. 2.

Viride vel *viride gramen* arboribus oppoſitum, pro laicis vel non docentibus, Cap 9. v. 4. & Cap. 8. v. 7.

Virga ferrea de verbo Dei & evangelio. Cap. 2. v. 27. Cap. 12. v. 5.

Vulnus de diſſidiis. Cap. 16. v. 2. In Græco eſt ἕλκος, qvod hic verti debet, non ulcus, ſed vulnus; de qvo vide dicta in Phosphori recenſu, numero 50.

SCHE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

SCHEDIASMA IV.

Apocalypticus thronus, capite 4 propoſitus, & præcipua ad ipſum ſpectantia explicantur.

I.

Profuerit qvoq; Apocalypſin interpretaturo, in conſpectu habere, qvidnam apocalyptici throni, capite qvarto propoſiti, ſignificent imagines vocesq; , ſiqvidem earum alias qvoq; in apocalypſeos opere fit mentio. Notat autem thronus ille Chriſti regnum: qvod alibi qvoq; in Scripturis thronus dicitur, nempe in verbis Luc. 1. v. 32. Dabit Chriſto Deus thronum Davidis patris ipſius: & regnabit in ſæcula ſæculorum, & Heb. 1. v. 8. ex Pſalmo 45. thronus tuus o Deus in ſæculum ſæculi. Nec etiam ullo Apocalypſeos loco, vox throni in bonam partem accepti occurrit, qvin de regno Chriſti in eccleſia neqveat explicari.

2. Qvi in throno, ſedet eſt Deus. Itaq; cap 19. v. 4. presbyteri 24. & qvatuor animalia, dicuntur adoraſſe Deum ſedentem in throno. Et cap. 4. qvod v. 8. qvatuor animalia perhibentur dixiſſe, ſanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus omnipotens, id poſtea v. 9 explicatur dicendo, qvatuor animalia dediſſe ſedenti in throno gloriam honorem & gratiarum actionem. Eodemq; pertinet, qvod cap. 7. v. 11. angeli omnes dicuntur coram throno cecidiſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſe in faciem ipſorum & adoraſſe Deum. *Particulatim* autem & præcipue, ſedens *in throno eſt Dei filius*, qvia hic thronus regnum eſt Chriſti, uti antea eſt oſtenſum. Et neq; *humana ejus natura*, ab hac ſeſſione in throno excluditur. Nam ea qvoq; ſedet in throno ſicut & *Matthias Hoeus* in Apoc. 5. v. 7. Commentarii libro 2. p 146. docuit. Qvanqvam enim cap. 5. v. 6 & 7. agnus qvaſi mactatus apparens, hoc eſt Chriſti humana natura, ſuo modo diſtingvatur à ſedente in throno, cum agnus idem mactatus, ibi dicitur veniſſe, & accepiſſe librum intus & foris ſcriptum, a ſedente in throno: tamen id eo non fit, ut ſedens in throno, nullatenus oſtendatur eſſe agnus, ſed tantum, ut monſtretur, agnum id eſt Chriſti humanitatem, in throno ſedentem, ſuam ſapientiam & potentiam aperiendi librum accepiſſe a divinitate ſedente ibidem. Divina enim axiomata, humana Chriſti natura, habet præcipuè ex divina filii dei naturâ, qvicum ipſamet perſonali modo eſt qvoqve unita. Divina enim natura humanam ut aſſumſit, ita & divinis ſuis axiomatibus, qvæ eidem humanæ ſunt attributa naturæ, donavit. Aſſumentis enim eſt dare non aſſumti: ut & veteres, referente *Danhavero* Hodoſophiæ Phænomeno 8. pag. 657. dixerunt docueruntq;. Et *Cyrillus* libro 8 Theſauri cap. 1. prout citatur a *Gerhardo* in Exegeſi, Loco de perſona Chriſti, num. 205. *Naturæ*, inqvit, *humanæ proprium eſt, a Deo accipere. Ut homo igitur per gratiam a deitate* (Chriſtus) *accipit,*

qvæ

qvæ ut Deus naturaliter habet. Qvare a ſe qvoq; ipſo, ut a Deo, ipſemet accipit ut homo. Plura de eodem Danhaverus & Gerhardus locis citatis.

3. Qvod autem humanitas alias qvoq; proponatur, ut in throno ſedens & regnans certum eſt. Eoq; ſpectat *primo*, qvod cap. 17. v. 14, agnus dicitur victurus reges terræ, qvoniam eſt Dominus dominorum & rex regnum: qvi enim dominus eſt dominorum & rex regum, is in throno qvoq; Dei ſedet & regnat. *Deinde* qvod thronus Dei & agni ſæpe commemoretur ut unus, veluti in verbis cap. 22. v. 1. Oſtendit mihi angelus fluvium purum aqvæ vivæ, ſplendidum ut cryſtallum, & procedentem de throno Dei & agni, & v. 3. thronus Dei & agni in ipſa erit, nempe civitate ſancta. *Tertio* illuc pertinet, qvod Apoc. 7. v. 9. ſtantes coram agno, dicantur ſtare coram throno. *Qvarto* qvod agnus cap. 5. v. 6. dicatur eſſe in medio throni & qvatuor animalium presbyterorumq;. Nam qvi ita eſt in medio animalium presbyterorumq;, ut ſimul ſit in medio throni, is in intimo loco eſt throni, adeoq; poſſidet thronum, in eoq; regnat ſedetqve. *Qvinto* illuc pertinet, qvod Chriſtus cap. 3. v. 21. dicit, ſe viciſſe & ſediſſe cum patre in throno ejus. Hoc enim indicat, vincentem Chriſtum illic ſediſſe. At Chriſtus vincens, eſt qvoq; ratione humanæ naturæ conſideratus, ſive humana Chriſti natura. Nam capitis qvinti v. 5. de humana natura dicitur, vicit leo de tribu Juda. *Sexto* qvod ſe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

dens in throno & agnus ſæpe in apocalypſi alternent, tanqvam de uno eodemq; dicta: veluti in verbis cap. 6 v. 16. reges terræ & cæteri, dicunt montibus & petris, cadite ſuper nos, & abſcondite nos a facie ſedentis in throno & ab ira agni. cap. 5. v. 13. ſedenti in throno & agno ſit benedictio. Cap. 7. v. 10. ſalus ſit Deo noſtro ſedenti in throno & agno. *Deniq;* illuc ſpectat, qvod in viſione Ezechielis 1. qvam haud dubium eſt repræſentare eandem rem, atq; hæc apocalypſeos viſio, v. 26. in ſolio vel throno, dicatur fuiſſe ſimilitudo hominis, ſuper eo, nempe ſedentis. Id qvod itidem indicat, humanam qvoq; Chriſti naturam, in hoc ſedere throno. Ea qvæ etiam non modo veterum, ſed & inter recentiores *Matthiæ Hoei* nec non *Joh. Gerhardi* in commentariis eſt ſententia.

4. Qvod ſedens in throno, cap. 4. v. 3. dicitur fuiſſe *ſimilis lapidi jaſpidi & ſardio*, duas Chriſti adumbrat naturas, humanam & divinam: qvibus dictarum duarum gemmarum proprietas, facile qvoq; accommodatur. Nam *ſardius* humanam repræſentat naturam, ejusq; ſangvine cruentam carnem. Eſt enim hæc gemma rubicundi coloris. Itaq; *Vincentius* in ſpeculo doctrinali. Sardius, inqvit, rubri coloris eſt. Idemq; affirmat *Iſidorus* Originum libro 16. cap. 8. Et *Braunius* de veſtibus ſacris libri 2. cap. 7. unde nonulla teſtimoniorum hic mutuati ſumus, id omnes fere auctores ait fateri. Atq; cum hoc conſentit, qvod gem-

mam

mam אודם Exod. 28. v. 17. & Cap. 39. v. 8. nec non Ezech. 28. v. 13. Septuaginta σάρδιον interpretentur. Nam gemma qvæ Hebraice, אודם dicitur, a rubore nomen habet, eſtq; ut Hebræi tradunt, rubra. Qvadrat & nomen Sardius, qvippe ab Hebraico שרד ſered, haud dubie ortum, qvod Eſa. 44. v. 13. rubrum qvid deſignat. Et datur qvoq; d ſardii genus, qvod ita rubrum eſt ut ſangvinem vel cruentam carne ſangvinem referat. Qvapropter *Epiphanius* de gemmis, ſardium dicit eſſe αἱματοειδῆ, ſangvinei coloris. qvod ſangvinei epitheton ipſi tribuit qvoq;, *Orpheus* in Achate, verbis, σάρδια τ' αἱματόεντα. Et *Iſidorus* loco paulo ante citato, ait eſſe qvoq; ſardii genus, qvod dicitur hæmathites & rubore ſangvineum eſt. Tum & Boethius libro 2. de gemmis capite 81. ſardium dicit vulgo qvoq; appellari carneolum, a carne ſangvinolenta, cui ſimilis eſt colore. & cap 82. genus qvoddam ejus eſſe exigua ſangvinis rubedine tinctum. dq; etiam *Schroderus* in Pharmacopœia libri 3. cap. 35. ait—.

5. Divinam Chriſti naturam ſedentis in throno *jaſpidi* ſimilis repræſentat ſpacies. Intelligi autem hic debet color jaſpidis non viridis, qvi nonnullo jaſpidum ineſt generi: Nam colorem viridem throni negotia poſtea in iride, ſmaragdi habente ſpeciem repræſentant: ſed cryſtallina jaſpidis intelligi hic debet ſpecies colorq;, ſive jaſpis cryſtallo ſimilis:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

qvales qvoq; dari jaſpides conſtat. Atq; *Pſellus* de viribus lapidum Ιασπις, inqvit, Φυσει κρυσταλλοειδὴς, ὀλίγου ἀπολειπομένη τὴν χροιαν. Id eſt, jaſpis cryſtallum referens, aliqvantum intendit colorem. Et *Boetius* de gemmis libro 2. cap. 103. ait eſſe jaſpidis genus qvod ſereni cæli colorem refert. Qvid multa? Apoc. 21. v. 11. luminare civitatis ſanctæ, Dei habentis gloriam, dicitur eſſe ſimile jaspidi cryſtalliſonti. Ex qvo manifeſte apparet, tum eſſe jaſpidem cryſtallo ſimilem, tum eâ in apocalypſi, deſignari divinitatis in Chriſto gloriam. Nam idem ejusdem civitatis luminare ibidem verſu 23. Chtiſtus Deus & homo eſſe oſtenditur, cum civitas eadem ſolis & lunæ lumine ideo indigere negatur, qvod Dei gloria illuminet ipſam, & agnus ejusdem exiſtat lumen. Eandemq; Chriſti divinitatem apte refert qvoq; cryſtallinus jaſpidis fulgor. Nam ſicut jaſpis cryſtalli ſimilis, fulget & ſplendet: ſic & divina Chriſti natura fulget & ſplendet, ut ejus reſpectu Chriſtus, Heb. 1. v. 3. dicatur divinæ gloriæ fulgor, ἀπαύγασμα τῆς δόξης Θεοῦ. Manet ergo ſardio, Chriſti humanitatem, jaſpide divinitatem indicari: qvomodo etiam noſter *Hoeus* & *Gerhardus* interpretantur, atq; ante ipſos, referente Gerhardo *Ansbertus*, nec non referente Dionyſio Rickelio, *Haymo* & *Berengandus*.

6. *Iris*, circa thronum apparens, generaliter Dei in credentes notat gratiam. Iris enim gratiæ ſig-

ignum eſt, velut liqvet ex verbis Gen. 9. v. 13. Po-
ui arcum meum in nubibus, is erit ſignum pacti
nter me & terram --- & cum apparet arcus in nu-
, recordabor pacti qvod inter me & vos exiſtit,
-- -- & non amplius erit aqvæ diluvium, ad perden-
llam omnem carnem. Atq; ad Novi qvoq; Teſt. gra-
iam imutabilem, idem arcus negotium Eſa. 54.
ransfertur, Deo illic ad eccleſiam Chriſtianam
licente: ſicut juravi, aqvas Noachi non amplius
ſſe ſuper terram redituras, ſic etiam juravi, qvod
nte non ampliusiraſcar. Specialiter autem eadem
ris, connotat qvoq; charismata, qvæ Deus tanqvam
æleſtem qvandam pluviam, ſuper ſuam gratioſe
mittit eccleſiam. Nam ſicut iride apparente,
orporea pluit aqva, ſic & Dei gratia in Novo Teſt.
ominibus illuſtrius apparente, cæleſtium ſpiritu-
liumq; donorum & charismatum aqva pluit. Ide-
oq; iisdem de gratiæ donis, charismatibusq; Pſalm.
68. v. 10. hymnographus: Pluviam gratiæ o Deus
ſtillas, & laborantem hæreditatem tuam inſtau-
as. Atq; hanc ſpiritualis gratiæ pluviam, in thro-
ni qvoq; negotio indicari oſtendit, pluviæ qvoq;
mentio, in idem notante arcus repræſentatione,
zechielis primo verſu 28. Nam propheta ibi glo-
iam & fulgorem Dei apparentis, dicit fuiſſe ſicut
iſio arcus, qvi eſt in nube, cum pluit.

7. Qvod eadem circa thronum exiſtens iris, Apoc. 4. verſu tertio, dicitur fuiſſe ſimilis *viſioni maragdinæ*, vel ſmaragdo, hujus gratiæ divinæ, ejusq; cæle-

cæleſtis pluviæ reſpicit amænitatem; peccato mæſtas afflictasq; credentium animas gaudio afficientem, ſolatioq; beantem, juxta illud, Rom. 11. Qvam pulchri ſunt evangelizantium pedes! Smaragdi enim color amæniſſimus, viſuiq; gratiſſimus exiſtit. Qvare *Plinius* libri 37. cap 5. de ſmaragdi colore & amænitate. *Nullius*, inqvit, *coloris aſpectus jucundior eſt. Nam herbas qvoq; virentes frondesq; avide ſpectamus: ſmaragdos vero tanto libentius: qvoniam nihil omnino viridius, comparatum iis viret. Præterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent, nec ſatiant Qvin & ab intentione alia obſcurata, aſpectu ſmaragdi revocatur, acies. Scalpentibusq; gemmas non alia gratior oculorum refectio eſt. Ita viridi lenitate, aſſiduitatem mulcent.* Et Franc. *Rueus* libro 2 de gemmis cap. 4. *Viridium*, ait, *gemmarum jucundiſſima primaq; habita eſt ſmaragdus. Nullus namq; color oculis æqve placuit; qvod horum acies virore maxime demulceatur, ut & ea propter viridaria viſus & animi recreandorum gratia petantur. Ideoq; fit, ut nullis lumina noſtra lapillis qvam ſmaragdis plus oblectamenti conſeqvantur.* Sic illi.

8. *In medio throni* cap. 5. v. 6. *exiſtens agnus*, & alias qvoq; in apocalypſi ſæpe commemoratus, eſt, ut antea qvoq; numero 2. diximus, Chriſti humana natura, vel Chriſtus ſecundum humanam naturam conſideratus. Idq; omnes apud interpretes eſt confeſſum. Alibiq; etiam in ſcripturis, eadem humana Chriſti natura dicitur agnus, velut in verbis

Joh-

Joh. 1. v. 29. Ecce agnus Dei qvi tollit peccata mundi: aliisq; ſimilibus. *Cornua agni ſeptem*, qvæ ibidem commemorantur, ſunt Chriſti omnipotentia. Cornu enim figurate potentiam notat, ut ex hiſce qvoq; liqvet dictis. Jer. 48. v. 25. Abſciſſum eſt cornu Moabi. Thren. 2. v. 3. Confregit dominus in furore iræ ſuæ omne cornu Iſraelis. Pſ. 75. v. 11. Omnia cornua peccatorum confringam, ſed juſti cornua elevabuntur. Pſal. 89. v. 18. Gratiâ tuâ extolles cornu noſtrum. Qvibus ſimilia Pſalm. 112. v. 9. & alibi. Et potentiam Chriſti eſſe omnipotentiam, ex aliis Sacræ ſcripturæ conſtat dictis, qvale eſt qvod Matth. 28. omnis in cælo & terra poteſtas ipſi memoretur eſſe data, & qvod Joh. 3. v. 35. omnia in ejus manus dicantur tradita. Item qvod Heb. 2. v. 8. omnia pedibus ejus perhibeantur ſubjecta. *Septem* autem *cornua*, hæcce Chriſti dicitur omnipotentia, eô qvod in eccleſia Chriſtiana gubernanda defendendaq;, eam ſuam omnipotentiam, per omnes ejus eccleſiæ ætates periodosqve exſerat exerceatq;. Generales enim omnes eccleſiæ Chriſtianæ ætates periodiq;, ceu ſchediasmate 10 deinceps eſt probatum, ſeptem ſunt non plures nec pauciores. *Oculi ſeptem*, qvi ibidem agno adſcribuntur, eſt ſpiritus Chriſti ſive ſpiritus ſanctus, eccleſiam Chriſtianam in iisdem ſeptem ætatibus, docens, illuminansq;, ſicut deinceps Schediasmatis qvinti num. 13. & 16. eſt oſtenſum.

9. *Ex throno exeuntia fulgura tonitrua & voces,*

evam-

evangelii prædicationem notant repræſentantq;. Idemq; alibi qvoq; in apocalypſi fulgura, tonitrua & voces deſignant; nempe cap. 8. v. 5. cap. 11. v. 19. & cap. 16. v. 18. Particulatim *vox* verbi divini annunciationem prædicationemq; alibi qvoq; notat. Veluti in dictis Eſa. 58. v. 1. Qvaſi tuba exalta vocem tuam. Heb. 3. v. 7. Hodie ſi audiveritis vocem Domini, nolite obdurare corda veſtra. Joh. 10. v. 27. Oves meæ, inqvit Chriſtus, vocem meam audiunt. Et permulta alia conſimilia ſunt loca. Atq; tonitru particulatim eadem de prædicatione dictum, habes qvoq; in verbis, Pſalm. 68. v. 34. Dominus reddet tonitru ſuum tonitru roboris. Et Job. 37. v. 2. Audite audiendo commotionem tonitrui ejus, & verbum qvod egreditur ex ore ejus. Sunt autem tonitrua & voces prædicatio evangelii in ſemet. Itaq; *Primaſius* qvoq; in Apoc. 4. *Tonitruis & vocibus prædicatio veritatis figuratur.* Sic ille. Atq; tonitrua & voces per figuram hendiadyoin dicuntur, pro tonitruis qvæ ſunt voces: ſic ut alterum explicet alterum: ceu & antea Schediasmatis 2. numero 10. eſt commonitum. *Fulgura* autem ſunt illuſtrationes hominum, qvæ fiunt per eandem evangelii prædicationem. Fulgur enim illuminat terram, & tonitru non eſt ſine fulguris luce. Itaq; Pſ. 77. v. 17. hymnographus. Vox tonitrui in rota, id eſt in cælo, fulgura illuſtrarunt orbem, tellus tremuit & concuſſa eſt. Et fulgur figurate dictum de illuſtratione per verbum, habes in ſimili dicto

Pſal-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Pſalmi 97. v. 4. Fulgura illuſtrarunt orbem, terra vidit & contremuit. Atq; per verbi & evangelii prædicationem revera qvoq; homines illuminantur. Nam præceptum domini lucidum eſt, illuminans oculos, ut eſt Pſal. 19. v. 9. & Paulus 2. Cor. 4. [illegible]nit. Qvod ſi opertum eſt noſtrum evangelium, iis qvi pereunt eſt opertum, in qvibus Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat eis illuminatio evangelii. Ex throno deniq; fulgura, tonitrua & voces exire dicuntur, qvia verbum Dei & evangelium qvod prædicatur, procedit ab eccleſia Chriſtiq; regno. De qvo etiam Eſa. 2. v. 2. In extremitate dierum erit mons Domini (id eſt eccleſia & regnum Chriſti) caput montium --- & omnes confluent ad eum --- dicentes, agedum aſcendamus ad montem Domini, ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ejus. Nam ex Sione lex exibit & verbum Dei ex Hieroſolyma. Qvibus ſimilia Mich. 4. v. 2.

10. *Mare* qvoq; *vitreum* ſimile cryſtallo cap. 4. dicitur eſſe ante thronum, de eodemq; mari vitreo cap. 15. v. 2. vidi mare vitreum mixtum igni, & eos qvi vicerunt beſtiam ſtantes ſuper (vel apud, ἐπὶ) mare vitreum. Hoc autem mare vitreum, aliqvid Scripturæ Sacræ eſt omnino. Et *Ambroſius* in commentario, nec non referente Dionyſio Richelio in Apoc. 4. *Berengandus*, dixerunt eſſe Novum Teſt. ſive ſacræ Scripturæ partem poſteriorem. Veriſimilius autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

autem apparet, eſſe ſacram utriusq; Teſtamentû Scripturam; ſive ſacram Scripturam totam vel communiter ſpectatam, pro ut *Joachimus* qvoq; *Abbas* in Commentario interpretatur. Nulla enim cauſa eſt, cur Veteris Teſt. Scripturam, ab hac figura excludamus. Et ſimilitudinis ratio, Scripturæ communiter ſpectatæ convenit qvoq;. Nam ſicut mare proprie dictum, eſt aqvarum corporearum congregatio, ſedes, confluxus & univerſitas: ut ideo Moſes Geneſ. 1. v. 20. Deus congregationem aqvarum appellavit mare: Sic ſacra ſcriptura communiter dicta, vel figuratum mare, poſtqvam apocalypſis eſt Johanni data, ſpiritualium aqvarum, ſive cæleſtium doctrinarum eſt congregatio, ſedes, confluxus & univerſitas, omnesq; in ea reperiuntur. Sicut etiam ex mari proprie ſic vocato, juxta dicta Eccleſ 1. v. 7 Jer. 51. v. 16. Amos 5. v. 8. omnes corporeæ veniunt aqvæ: ſic & ex ſcriptura S. tanqvam mari figurate dicto, maxime Nov. Teſt. tempore, & poſt apoſtolorum mortem, omnes ſpirituales aqvæ vel cæleſtes prodeunt doctrinæ. Atq; alias qvoq; ſanctis in voluminibus, ſacra ſcriptura, ut mare qvoddam reſpicitur conſideraturq;. Veluti cum doctrinæ ſacræ cunctæ, qvæ Novi Teſt. docebuntur tempore, & ſacræ inſunt ſcripturæ, Eſai. 11. v. 9. nec non Hab. 2. v. 14. mare appellantur. Atq; Salamonis qvoq; mare æneum, cujus 1. Reg. 6. v. 23. & 2. Chr. 4. v. 6. fit mentio, ſacræ qvoq; Scripturæ erat typus. Nam ſicut mare illud æne-

mum, duodecim exhibebant boves; ſic ſacram ſcri-
pturam, duodecim Novi Teſt. apoſtoli exhibue-
runt repræſentaruntq;, docendo ad eam remitten-
tes, eamq; legi jubentes. Itaq; Petrus 2. epiſtolæ
1. capite, prophetico ſcripturæ jubet attendere ſer-
moni, & cap. 3. ad Pauli epiſtolas remittit; atq; ip-
ſe Paulus Apoſtolus, poſteriorem ad Timotheum
epiſtolam, paulo ante mortem ſcribens, omnem
divinam ſcripturam commendat legendam, tan-
qvam ad ſalutem homines inſtituentem ſapientesq;
reddentem. Sicut etiam Veteris Teſtamen. ſacer-
dotes ſacra rite facturi, in mari æneo, ut eſt 2 Chron.
4. v. 6. & in eundem uſum habente tabernaculi la-
cro. Exod. 38. v. 8. & cap. 40. v. 31. ſe lavabant,
ſuasq; eluebant ſordes: ſic ſpirituales Novi Teſt.
ſacerdotes, ut ſua ſpiritualia rite faciant ſacra, De-
umq; rectè colant, per ſcripturæ ſacræ aqvas, de-
bent ſuas eluere ſordes, humanaq; ſomnia, placita &
opiniones.

11. *Simile cryſtallo* exhibetur hoc mare vitre-
um, ut ſcripturæ ſacræ claritas, mundities & puri-
tas ſignificetur. Cryſtallus enim de munditie & cla-
ritate commendatur. Et ſacræ qvoq; ſcripturæ
ſumma eſt mundities claritasq;. Ideo de ea David
Pſalm. 19. v. 8. lex Dei immaculata תמימה, con-
vertens animas, teſtimonium Domini fidele, ſa-
pientem reddens fatuum --- præceptum Domini
purum, illuminans oculos. Ideoq; etiam ſacræ
ſcripturæ doctrinæ Apoc. 22. v. 1. apellantur fluvi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

usaqvæ vivæ, ſplendidus ut cryſtallus, & ex throno Dei agniq; exiens. Et Chriſtianos inter doctores veteres, necnon recentiores orthodoxos eſt confeſſum, nusqvam Dei verbum mundius, purius & incorruptius reperiri, qvam in ſacra ſcriptura;: omniaq; ad ſalutem neceſſaria, in ea clariſſime eſſe deſcripta. *Igne mixtum* dicitur hoc mare vitreum:: qvia verus ſacræ ſcripturæ uſus, ſemper adjunctam ſibi habet Spiritus S. gratiam. Et verbum Dei qvod in ea continetur, ubi recte uſurpatur, ſine Spiritus ſancti non eſt motione operationeq;. Ideo Deus Eſai. 59. v. 21. verbum & ſpiritum Dei in unum conjungit, dum dicit ſpiritus meus qvi eſt in te, & verba qvæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo & de ore ſeminis tui. Atq; Chriſtus. Joh. 6. v. 63. Verba, inqvit, mea Spiritus & vita ſunt. Et Paulus 2. Cor. 3. miniſterium verbi, appellat miniſterium Spiritus, & Spiritum qvoq; conferre ait. Atq; alibi qvoq; in ſcripturis, ſpiritus ſanctus ejusq; gratia & operatio, ignis vocantur. Veluti Apoc. 8. v. 5. in igne altaris: & cum Chriſtus Luc. 12. v. 49. dicitur ignem miſſurus in terram, nec non Math. 3. v. 11. baptizaturus homines Spiritu ſancto & igne, id eſt igne ſpiritus S.

12. *Ante thronum* ſive regnum Chriſti, hoc mare vitreum dicitur eſſe: qvod Scriptura ſacra, conſtituta ſit norma omnium in regno Chriſti credendorum faciendorumq;, & qvod illis qvi volunt participes eſſe regni Chriſti, debeat eſſe ante oculos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſisq; , ut certa cunctorum dogmatum regula ſtudioſe obſervari. Deniq; qvod illi, qvi victoriam tandem de beſtia ſive antichriſto in militante eccleſia reportant, nempe Proteſtantes, Apoc. 15. dicuntur ſtare ad vel ſuper hoc mare vitreum, notat, eos ſacræ ſcripturæ ut regulæ fidei conſtanter inhæſuros, ei unicè in docendo eſſe innixuros, nullisq; aut perſecutionibus aut pollicitationibus aut ſophismatibus ſe ab ea divelli eſſe paſſuros. Cum eoqve concordat, qvod *Dionyſius Rickelus* ſive Carthuſianus, Apoc. 15. ſtantes ſuper mari vitreo, interpretetur, *veritati Scripturæ inſeparabiliter cohærentes, atq; in ea greſſus ſuos ſemper fundantes.* Et eventus qvoq; conſentit, qvippe docens Proteſtantes usq; adhuc, ſacræ ſcripturæ inſtitiſſe, nec ullis pontificiorum artibus potuiſſe adduci, ut qvicqvam præter ipſam pro dogmatum ſacrorum agnoſcerent regula.

SCHEDIASMA V.

De Apocalypticis ſeptem Dei ſpiritibus, qvi etiam inter throni ſunt negotia.

I.

Pertinent qvoq; throni ad negotia, apocalyptici ſeptem ſpiritus. Nam Apoc. 4. v. 5. coram throno ſeptem lampades ignis, dicuntur qvoq; ardere, & eſſe ſeptem Dei Spiritus.

Atq; capite 5. v. 6. in medio throni & qvatuor animalium, nec non qvatuor & viginti presbyterorum, apparet agnus tanqvam mactatus, diciturq; habere non modo ſeptem cornua ſed & ſeptem oculos: qvi ſunt ſeptem Dei ſpiritus, in omnem emiſſi terram. Eorundem ſpirituum mentio, etiam fit capitis 3. verſu 1. cum ibi Chriſtus dicitur eſſe is, qvi habet ſeptem Dei Spiritus: nec non capitis 1. verſuu 4. & 5. in hiſce Johannis ad Aſiaticas eccleſias verbis.* Gratia vobis & pax ab eo qvi eſt, qvi erat & qvi venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus qvi ſunt coram throno ejus, & a Jeſu Chriſto teſte illo fideli. Qvid autem ſint illi ſpiritus, non adeo facile eſt dicere, & ingens ſuper eo apud interpretes diſſenſus extitit. Veri tamen ſimillimum, qvod de eis nunc occurrit, eſt qvod ſint Spiritus ſanctus, pro ut eſt in Chriſto & eccleſiam Chriſtianam, per ipſius ſeptem generales ætates, vel periodos illuminat. Qvod ut appareat, certis pronunciatis eô facientia amplectemur.

2. *Primum* pronunciatum. *Septem apocalyptici Spiritus, non ſunt creatura vel creatum qvia, ſed increatum qvid atq; divinum.* Hoc liqvet ex citato antea votô, qvô Johannes Apoc. 1. v. 4. ſeptem Aſiaticas proſeqvitur eccleſias. Gratia vobis & pax ab eo qvi eſt, qvi erat & qvi venturus eſt, & a ſeptem ſpiritibus, qvi ſunt coram throno ejus &c. Nam in illo voto Johannes, uti manifeſtum eſt, adorat illos ſeptem Spiritus, gratiamq; & pacem ab

illis

illis tum exſpectat, tum precatur. Qvicqvid autem adoratur, non eſt mere creatura. Chriſtus enim Matth 4. Deum ſolum adorandum eſſe docet. Et alia qvoq; occurrunt in ſcripturis dicta, divino cultu, qvalis qvoq; eſt adoratio, neminem præterqvam eum, qvi eſt Deus, eſſe proſeqvendum docentia. Ideoq; etiam noſtras *Gerhardus* in Exegeſi, loco de perſona Chriſti, num. 64. inde qvod filius Dei adoratur, ipſum Deum eſſe probans, cum *Baſilio M.* libro 4. contra Eunomium, qvicqvid non eſt Deus, divino cultu neutiqvam eſſe colendum dicit. Licet verò Chriſti humana natura, qvanqvam creatura exiſtens, adoretur qvoq;, tamen id non fit ſeorſim, per ſe, & qvatenus eſt creatura, ſed ſimul cum divina Chriſti natura, & qvatenus eſt Creatura deificata, ut patres loqvuntur: hoc eſt, qvatenus per filii Dei incarnationem, divinitatis particeps eſt facta, & omnis plenitudo Deitatis, perſonaliter habitat in ipſa: ſic ut Deus & homo, una hic ſint perſona, & homo ſit Deus, Deus homo, juxta dictum Joh. I. v. 14. verbum caro factum eſt. De qvo plura idem *Gerhardus* ibidem, nec non num. 40. Non itaq; apocalyptici hi ſeptem ſpiritus adorarentur, ſi non eſſent verus Deus, ſed creatura tantum. Neq; etiam, ab ullo qvi eſt mere creatura, ſpiritualis pax & gratia, ſive peti ſive exſpectari poteſt. Petenda enim ab eo eſt, qvi adorandus eſt, adeoq; a nullo alio, qvam ab eo qvi eſt vere Deus, qvippe qvi, ſicuti modo oſtenſum, ſolus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

eſt adorandus. Tum & alias nullus, eam pacem & gratiam, ſaltèm de ſe conferre poteſt. A Deo enim qvi ſolus omnis gratiæ & pacis ſpiritualis ſalutisq; auctor, ut ex vero fonte provenit: ut ideo qvoq; Eſai 45. v 6. 7. & 8. dicat. Ego Dominus & nemo amplius, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus iſta cuncta facio. Cæli ſtillate ſuperne & æther pluat juſtitiam, terra aperiatur & producat ſalutem, & juſtitia germinet ſimul, ego Deus qvi creo hocce. Et v. 21. & 22. Præter me Deus juſtus & ſalvans eſt nemo: convertimini ad me & ſalvi eritis omnes fines terræ. Ideoq; etiam eccleſia ibidem verſu. 24. In Domino mihi ſalus eſt & juſtitia & v. 25. In Domino omne ſemen Iſraelis juſtificabitur & gloriabitur. Et qvanqvam per verbi prædicationem miniſteriumq;, ſpiritualis pax & gratia conferuntur qvoq;, tamen prædicantes, ea in re Dei duntaxat miniſtri ſunt & organa, & gratiam illam de ſe conferens ſolus eſt Deus. Ideo Paulus 1. Cor. 3. v. 5. ad credentes inter ſuos auditores. Qvid Paulus, qvid Apollo? nonne miniſtri per qvos credidiſtis, unusqvisq; ſicut ei dedit Deus. Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit: ſic ut neq; qvid ſit plantans, neq; rigans, ſed qvi incrementum dat Deus.

3. Atq; alias qvoq; ſacris in ſcripturis, a ſolo Deo ſpiritualis pax & gratia optatur mortalibus. Namqve ſacerdotes in Veteri Teſt. populo pacem precan-

tes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

tes, ut eſt Num. 6. v. 24. a ſolo Deo eam optabant, dicentes; Dominus faciem ſuam ſinat lucere ſuper te, & ſit tibi propitius. Dominus levet faciem ſuam ſuper te & det tibi pacem. Apoſtoli qvoq; ſuis in epiſtolis, nusqvam a mera creatura, ſemper autem a Deo & Chriſto, qvi ſimul Deus & homo, gratiam & pacem precantur. Qvare Paulus ad Romanos cap. 1. v. 7. Gratia vobis & pax a Deo patre noſtro & Domino Jeſu Chriſto. Iisdem qvoq; verbis, 1. Cor. 1. v. 3. 2. Cor. 1. v. 12. Eph. 1. v. 2. Philipp. 1. v. 2. Coloſſ. 1. v. 2. 1. Theſſal. 1. v. 3. 2. Theſſal. 1. v. 2. & ad Phil. 1. v. 3. gratiam & pacem apprecatur. Ad Timotheum & Titum, tali in voto leviter mutans verba, ſenſum tamen retinet eundem. Nempe paci, *miſericordiam* addit: atq; pro, *Domino Jeſu Chriſto*, in epiſtolis ad Timotheum ponit, *Chriſto Jeſu Domino noſtro*: & ad Titum, *Domino Jeſu Chriſto Salvatore noſtro*: ſententia usqve qvaqve redeunte eadem. Qvare cum credentibus ſanctisq;, in ſcriptura ſolenne ſit, non a mera creatura gratiam & pacem optare: neq; in voto Johannis Apoc. 1. qvibus a ſeptem Spiritibus optat gratiam, a mera creatura gratia optatur: adeoq; ſeptem illi ſpiritus, non ſunt mere creatura, ſed qvid increatum. *Deniq;* ſpiritualis pax & gratia, ut apoſtolus Phil. 4. v. 7. docet, omnem ſuperat intellectum. Qvod autem omnem ſuperat intellectum, ſupra intellectualis creaturæ vires eſt captumq;: adeoq; ab illa de ſe conferri neqvit. Itaq; nulla mere creatura in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

tellectualis hanc pacem & gratiam de ſe conferre poteſt: & propterea multo minus reliqva mere creatura & qvæ intellectu caret, conferre eam poteſt; Adeoq; ſupra omnium mere creaturarum eſt vires, ab illarumq; nulla poteſt conferri. Atqvi a ſeptem ſpiritibus poteſt conferri: nam alias Johannes eam ab ipſis non optaſſet. Ergo ſeptem illi ſpiritus non ſunt mera creatura, ſed qvid increatum atq; Divinum exiſtunt. Probatum ergo eſt, ſeptem hoſce ſpiritus non eſſe creaturam aliqvam, ſed rem increatam divinamqve.

4. Sed reſolvenda qvoq; ſunt illa, qvæ contra objiciuntur. *Primum* eſt, hos *ſeptem ſpiritus non eſſe in throno, ſed coram throno: ſiqvidem cap. 4. v. 5: ſeptem lampades, qvæ dicuntur eſſe ſeptem ſpiritus, affirmantur ardere coram throno & cap. 1. v. 4. ſeptem ſpiritus, nominatim qvoq; & diſerte, dicuntur eſſe coram throno. Illud autem qvod eſt coram throno ſive coram regno Chriſti adeoq; coram Deo, minus eſſe Deo, & propterea eſſe meram creaturam.* Hactenus qvod objicitur. Sed *primo* falſum eſt hos ſeptem Spiritus, nullo modo eſſe in throno, ſed duntaxat coram throno. Utrumq; enim ſunt. Et cap. 5. v. 6. dicuntur eſſe oculi agni, exiſtentis in medio throni. Si enim agnus eſt in medio throni, adeoq; in throno, ejus etiam oculi, adeoq; hi ſeptem ſpiritus, qvippe qvi ibidem dicuntur eſſe oculi agni, ſunt itidem in throno. *Deinde* falſum etiam exiſtit, qvod eſt coram Chriſti throno, vel regno, ſive co-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ram Deo, illud ſtatim Deo minus eſſe, adeoq; creaturam exiſtere. Nam non omne qvod eſt ante vel coram aliqvo, ſtatim minus eſt illo coram qvo exiſtit. Dux populi Iſraelitici Joſua eſt coram Eleaſare Num. 29. v. 10. & tamen ideo minor ipſo non eſt. Et rex Saul 1. Sam. 12. v. 2. ambulat coram populo; atq; rex Salamon 2. Chron. 6 v. 12. preces habet coram populo, & neuter tamen ideo dignitate minor eſt ſuo populo. Ezechielis 8. v. 1. nec non cap. 33. v. 31. ſeniores Judæ, ſederunt coram Ezechiele, etiamſi nihilominus ipſo ſuperiores & ejus eſſent magiſtratus. Matth. 5. v. 16. apoſtolorum lux lucet coram hominibus, & inferior aut minor illis non propterea exiſtit. Act. 9. v. 15. Nomen Dei portatur coram regibus, & nihilominus omnium regum ſuperat dignitatem. Exodi 17. v. 6. Dominus promittit ſe apud petram ſtaturum eſſe coram Moſe: & Pſalmo 80. v. 3. coram Ephraimo, Benjamine & Manaſſe ſuam declarare dicitur potentiam: nec non Pſalmo 16. & Act. 2. v. 25. David dicit ſe poſuiſſe dominum ἐνώπιον αὐτοῦ coram ſemet: & conſtat tamen Dominum Moſe, Ephraimo, Benjamine, Manaſſe atq; Davide nihilo minorem, ſed potius infinitis modis eſſe majorem. Zach. 3. v. 9. lapis habens ſeptem oculos, id eſt Chriſtus, coram Joſua ſacerdote dicitur ponendus; & Chriſtus tamen nihiloſecius, minor non eſt eodem Joſua ſacerdote, ſed ejus Dominus. Pſalmo 96. v. 6. Gloria

& honor dicuntur eſſe coram vel ante Dominum: & ea gloria tamen honorq;, nihilo ſecius ipſe qvoq; Dominus ſunt, qvippe eſſentialia ejus attributa, adeoq; non ſunt minora illo.

5. Alterum qvod objicitur hocce eſt: cap. 5. v. 6. dici, *hos ſeptem ſpiritus, in omnem emitti terram. Qvod autem mittitur & qvidem in omnem terram, id meram eſſe creaturam.* Sed verum non eſt, qvicqvid mittitur in omnem terram, illud creaturam exiſtere. Nam filius Dei qvem conſtat creaturam non eſſe ſed creatorem, mititur qvoq; in omnem terram. In mundum enim mittitur, juxta dicta Joh. 10. v. 36. pater miſit filium in mundum. Joh. 17. v. 18. pater, inqvit Chriſtus, miſiſti me in mundum. 1. Joh. 4. v. 9. In hoc ait apoſtolus, manifeſtata eſt charitas Dei erga nos, qvod filium ſuum unigenitum miſerit in mundum, ut vivamus per eum. Et hæc miſſio Chriſti in totum mundum, durat qvoq; poſt aſcenſionem Chriſti in cælos, & usq; ad conſummationem ſæculi. Ideo Petrus eandem poſt aſcenſionem, Judæis loqvens Act. 3. v. 26. ait: Vobis Deus filium ſuum Jeſum ſuſcitans primum miſit, benedicentem vobis. Et Chriſtus Joh. 9. v. 4. ait, oportet me facere opera mittentis me, donec dies eſt, id eſt usq; ad conſumationem ſæculi. Inter e q; opera, eſt qvoq; hominum per evangelium illuſtratio & conſolatio: ad qvam Luc. 4. v. 18. Chriſtus ſemet miſſum dicit: qvamq; per docentes in eccleſia, ut ſuos cooperarios, ceu eſt 1. Cor. 3. v. 9. im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

immo ut per mera ſua organa, ceu ex verſu 5. & 7. ibidem, nec non Rom. 15. v. 18. colligere licet, efficit operaturq;. Tum & ſpiritus ſanctus, a Deo in omnem mittitur terram, ſicut deinceps numero 11. eſt oſtenſum, & creatura tamen, qvod inter orthodoxos extra controverſiam exiſtit, minime eſt, ſed cuncta creans verusq; Deus. Conſtat itaq; & filium Dei & Spiritum ſanctum, etiamſi verus ſint Deus, omniumq; creator, revera in omnem mitti in terram, adeoq; fundamentum objectionis hujusce frivolum eſſe & nullum.

6. Tertium & ultimum qvod objicitur, *eſt hos ſeptem ſpiritus Apoc. 4. v. 5. dici procedere ex throno ſive Chriſti regno, adeoq; a Chriſto, ideoq; non aliud eſſe qvam creaturam.* Sed ſpiritus ſanctus procedit qvoq; a Chriſto ejusq; regno, & mittitur in corda credentium credituroruumq;, & conſtat tamen ſpiritum ſanctum creaturam non exiſtere. *Præterea* procedere in ſcripturis, notat qvoq; idem qvod alicunde ſemet exſerere, manifeſtare vel apparere. Nullum autem abſurdum eſt, aliqvod divinum & increatum, ex regno Chriſti ſemet exſerere oſtendereq;. *Deniq;* aſſumtio objectionis hujusce, nempe hos ſeptem ſpiritus a throno dici procedere, eſt qvoq; incerta: neq; in textu Johannis qvicqvam habetur, unde tutò inferas eandem. Licet enim citato verſu qvinto, poſtqvam dictum erat, ex throno proceſſerunt fulgura, & tonitrua & voces, addatur; & ſeptem

lam-

lampades ignis coram throno ardentes, Καιόμεναι: tamen non neceſſe eſt, id ita intelligi, tanqvam lampades ex throno dicerentur procedere, ſiqvidem ellipſis verbi ſuſtantivi, qvæ alias qvoq; in ſcripturis ſacris freqventiſſima eſt, ad eſſe poteſt: ut καιόμεναι ardentes, idem ſit, qvod ἦσαν καιόμεναι, erant ardentes vel ardebant: qvomodo verba qvoq; in Germanica ſua translatione interpretatur *Lutherus*, nec non *Piſcator* in Novi Teſt. verſione Latina, juxta ac Gallica Novi Teſtamenti Montibus impreſſa editio, & plures aliæ verſiones. Qvare hoc qvoqve qvod objicitur, nullius eſt momenti: ſalvumq; omnino relinqvitur, qvod antea eſt probatum, hoſce ſeptem ſpiritus rem creatam non eſſe, ſed increatam atq; divinam.

7. *Secundum* pronunciatum ſit. *Septem apocalyptici ſpiritus, non ſunt aut ſeptem angeli, aut ſeptem ſpiritus ſancti dona vel effecta* Hoc eſt conſeqvens primi pronunciati. Nam cum hi ſeptem ſpiritus, qvod in eo primo pronunciato eſt probatum, non ſint creatum qvid, ſed increatum, neceſſario ſeqvitur, ipſos non eſſe ſeptem aut angelos aut ſpiritus ſancti dona effectaq;. Nulli enim angeli & nulla qvoq; Spiritus S. dona effectaq;, ſunt res qvædam increata: omnia enim hæc à Deo ſunt facta, & differunt ab eo, ut creatura a creatore.

8. *Tertium* pronunciatum. *Septem apocalyptici ſpiritus, ſunt in Chriſto & ejus poteſtate, regnoq; illius*

neceſſarii. Sunt in Chriſto & ejus poteſtate: nam cap. 5. v. 6. dicuntur oculi agni: & cap. 3. v. 1. Chriſtus inde qvoq; deſcribitur, qvod ſit habens ſeptem Dei ſpiritus. *Regno* Chriſti neceſſarii ſunt, ſiqvidem cap. 4. v. 5. dicuntur eſſe ſeptem lampades ignis, ardentes coram throno, id eſt coram Chriſti regno. Cum enim coram throno, ut lampades ignis ardere perhibeantur, liqvet illinc, qvod ea qvæ ante thronum, adeoq; ante vel intra Chriſti regnum ſunt, illuſtrentur ab iisdem.

9. *Qvartum* pronunciatum. *Septem apocalyptici ſpiritus, ſunt ipſe Spiritus ſanctus.* Nam qvæcunq; hice ſeptem ſpiritibus attribuuntur, ſpiritui ſancto conveniunt revera: ſicut nunc particulatim oſtendetur. *Primo* hi ſeptem ſpiritus, dicuntur Dei ſpiritus, nempe cap. 3. v. 1. cap. 4. v. 4. &. cap. 5. v. 6. Spiritus autem ſanctus eſt, qvoq; ſpiritus Dei, ſicut & alibi Sacris in ſcripturis appellatur: veluti in verbis Rom. 8. v. 9. Non in carne ſed in ſpiritu eſtis, dummodo ſpiritus Dei habitat in vobis. 1. Cor. 2. v. 11. Qvæ Dei ſunt, nemo novit niſi ſpiritus Dei. Matth. 3. v. 16. Johannes vidit ſpiritum Dei deſcendentem tanqvam columbam. Adde loca 1. Joh. 4. v. 2. 1. Pet. 4. v. 14. 2. Cor. 3. v. 3. 1. Cor. 2. v. 10. Cap. 3. v. 16. cap. 7. v. 40. cap. 12. v. 3. Dan. 4. v. 5. 6. & 15. Cap. 15. v. 14. Job. 33. v. 4. & ſimilia, in qvibus itidem ſpiritus ſanctus, Dei dicitur ſpiritus.

10. *Secundò* hi ſpiritus, dicuntur eſſe ſeptem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Hoc proprie qvidem & ratione hypoſtaſeos, ſpiritui S. non convenit, qvippe qvà ratione unicus eſt duntaxat. Figurate tamen & tropice convenit illi, & qvidem ratione ſeptem temporum, in qvibus ſuam in eccleſia chriſtiana, exſerit operationem, nempe ut unicus re vera exiſtens, ſeptem tamen eſſe dicatur, qvatenus eccleſiam Chriſtianam in ejus ſeptem temporibus vel periodis illuminat, illuſtratq; de qvo plura deinceps in ultimo pronunciato ſunt dicta.

11. *Tertio* hi ſeptem ſpiritus Dei. cap. 5. v. 6. dicuntur *in omnem emiſſi terram.* Hoc in Spiritum S. qvadrare inde cognoſcitur, qvod, ut ut eſt Gal. 4. v. 6. Deus ſpiritum filii ſui, id eſt ſpiritum ſanctum, mittat in corda credentium. Nam credentes per omnes ſunt diſperſi terras, juxta vaticinium Mal. 1. v. 11. Ab ortu ſolis usq; ad occaſum, nomen meum in gentibus erit magnum, & in omnibus locis nomini meo fiet incenſum. Tum & inde qvoqve cognoſcitur, miſſionem in omnem terram, ſpiritui S. convenire revera, qvod Spiritus S. miſſus ſit, ut ubiq; prædicationi evangelii adſit, idq; efficax reddat. Itaq; Chriſtus Joh. 15. v. 26. Cum venerit paracletus, qvem ego mittam vobis a patre, ſpiritus veritatis qvi a patre procedit, is teſtabitur de me. Et cap. 16. v. 8. Cum paracletus venerit, arguet mundum de peccato, de juſtitia & de judicio. Id autem itidem in omnibus fit terris. Nam Chriſtus Marc. 16. v. 15. jubet Apoſtolos exire in totum mundum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

dum, & evangelium omni prædicare creaturæ. Idq; etiam ab illis factum eſt, ut ideo Paulus Rom. 10 v. 8. in omnem terram exiviſſe ſonum eorum: atq; Math. 24. v. 24. Chriſtus proxime ante judicium extremum, evangelium regni toto in mundo prædicatum iri aiat. Ad ultimum Deus qvoq; Joel. 2. v. 28. dicit ſemet ultimis in diebus, id eſt in tempore Novi Teſt. uti Act. 2. v. 17. exponitur, effuſurum eſſe Spiritum ſuum in omnem carnem. Ea qvæ itidem eſt miſſio Spiritus S. in omnem terram: ſiqvidem omnibus in terris caro ſive homines exiſtunt.

12. *Qvarto*, Apoc. 3. v. 1. Chriſtus dicitur *habere hos ſeptem Dei Spiritus.* Hoc *primum* inde reperitur convenire Spiritui S.: qvod Scriptura ſacra, ſpiritum ſanctum appellet Spiritum Chriſti aut Spiritum Dei filii: veluti in verbis Pauli ad auditores ſuos, de Spiritu S Gal. 4 v. 11. Miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra. Et Rom. 8. v. 9. Si qvis Spiritum Chr[illegible] non habet, non eſt ejus. *Deinde* idem illinc qvoq; pateſcit, qvod Scriptura S. dicat, Spiritum S. eſſe Chriſto datum, & ipſum ſuper eo eſſe vel effuſum eſſe. Hinc Eſ. 61. v. 1. Spiritus Domini ſuper me, ideo unxit me, inqvit Meſſias. Et Eſai. 11. v. 2. ſuper Meſſia reqvieturus dicitur Spiritus Domini, Spiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii & fortitudinis, nec non ſpiritus cognitionis & timoris divini; Atq; in baptiſmo Chriſti Luc. 3. v. 22. Johannes videt Spiritum

S

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

S. tanqvam columbam deſcendere ſuper Chriſtum. Et Luc. 4. v. 1. Chriſtus Spiritu S. plenus de Jordane dicitur revertiſſe. Tum & ſine menſura Spiritum S. Chriſto eſſe datum, baptiſta docet, cum Joh. 3. v. 24. ait; Non ad menſuram Deus dat Spiritum, pater diligit filium, & omnia dedit in manum ejus.

13. *Qvinto* hi ſeptem apocalyptici Spiritus Apoc. 5. v. 6. dicuntur eſſe *agni* id eſt Chriſti *ſeptem oculi.* Id huc qvadrare ſic oſtenditur. Spiritus S omnia ſcit & novit. Nam ut 1. Cor. 2. v. 10. Paulus ait, Spiritus Dei ſcrutatur omnia, etiam Dei profunda. Et nemo novit qvæ ſunt Dei niſi Spiritus Dei. Omniſcientia autem divina, qvalis qvoq; hæc eſt Spiritus S. omniſcientia, in Scripturis S. ut oculi figurate proponitur. Veluti in hiſce dictis, Prov. 15. v. 3. Oculi Domini in omnibus locis & bonos & malos vident. Heb. 4. v. 13. Omnia ſunt nuda & aperta oculis ejus. Jer. 16. v. 17. Oculi mei inqvit Dominus, ſuper omnibus viis eorum. Atq; 2. Chron. 16. v. 9. Oculi Domini, ait Propheta, currunt per omnem terram, ut confirmet eos qvorum corda ſincera ſunt coram ipſo. Liqvet igitur, Spiritum S. omnia ſcire & hanc ejus omniſcientiam appellari oculos. Hæc autem Spiritus S. omniſcientia & oculi, vere Chriſti ſive agni ſunt omniſcientia & oculi: ſiqvidem Spiritus S. in Chriſti humanam naturam, ceu monſtravimus, eſt effuſus.

14. *Sexto* hi ſeptem Spiritus Apoc. 4. v. 5 repræſentantur, *ut ſeptem lampades ignis, coram throno arden-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

tes, Hoc etiam in Spiritum S. qvadrat. Nam is alibi qvoq; ut ignis ardens exhibetur: veluti cum oculi Chriſti cap. 1. v. 14. cap 2. v. 18. & cap. 19. v. 12. dicuntur eſſe ut flamma ignis. Nam oculi Chriſti, ut in numero 13. viſum, ſunt Spiritus S. Et alia qvoq; loca, in qvibus Spiritur S. figurate dicitur ignis, Schediasmatis 4. numero 11. ſunt memorata. *Ut coram eo throno ardentes lampades ignis, Spiritus S., hic repræſentatur,* qvia eccleſiam, qvæ eſt n & coram Chriſti throno ſive regno, illuminat atq; illuſtrat, hoc eſt docet, conſolatur, ducit atq; confirmat. Sine Spiritu enim ſancto, nulla lux in homine & omnia meræ tenebræ. Itaqve Paulus Epheſiis cap. 1. v. 17. & 18. Spiritum ſapientiæ & revelationis ad Dei cognitionem optans, ſimul illuminatos mentis optat oculos, ut ſciant qvæ ſit ſpes vocationis ejus, & qvænam ſint divitiæ gloriæ & hæreditatis ejus in ſanctis. Et ad Rom. 12. v. 7. 8. & ſeqventibus, de ſpirituali loqvens ſapientia, intellectu, fide, aliisq; mentem peccatoris illuminantibus & firmantibus charismatis, unum eundemq; Spiritum S. hæc omnia operari dicit, & diſtribuere cuiq; hæc dona, ut vult: atq; v. 3. neminem poſſe Jeſum vocare Dominum, niſi per Spiritum S.

15. *Septimo* & ultimo, Apoc. 1. v. 4. Johannes ſeptem ſpiritibus gratiam & pacem Aſiaticis optat eccleſiis. Hoc etiam revera convenit Spiritui S. Nam cum tanqvam verum Deum oportet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

adorare: ab eoq; qvicqvid ad ſalutem neceſſarium eſt & exſpectare & petere. Idq; alibi qvoq; in ſcripturis videmus factum: ut in verbis Pſalmi 143. v. 10. Spiritus tuus bonus ducat me in viam planam. Tantum de qvarto pronunciato.

16. Qvintum & ultimum pronunciatum, hoc exiſtat. *Spiritus Sanctus ſub voce ſeptem ſpirituum comprehenſus, eſt Spiritus Sanctus, qvatenus eccleſiam Chriſtianam in ejus ſeptem generalibus ætatibus atq; periodu illuminat atq; illuſtrat.* Qvod ſit Spiritus Sanctus, eccleſiam illuſtrans atq; illuminans, ex dictis antea numero 9. & 14 liqvet Qvod autem in eccleſiæ Chriſtianæ generalibus ſeptem ætatibus, id faciat, liqvet inde, qvod throni negotia, generalia ſint & omnium Chriſtianorum temporum. Nam cum ea negotia generalia exiſtant, & ad omnia Chriſtiana pertineant tempora, illuſtratio eccleſiæ, qvæ per huſce ſeptem fit Spiritus, omnium qvoq; Chriſtianorum eſt temporum Qvare cum ſeptem apocalyptici ſpiritus, ſint Spiritus Sanctus, per omnia Chriſtiana tempora, adeoq; per omnes ejus generales periodos illuſtrans eccleſiam: eæq; generales periodi, ut deinceps Schediaſmate 10. eſt oſtenſum, ſeptem exiſtant, neceſſario inde ſeqvitur, ſeptem apocalypticos Spiritus, eſſe Spiritum Sanctum, prout eccleſiam Chriſtianam, in generalibus ejus ſeptem periodis illuminat atq; illuſtrat. Atq; id indicat qvoq, Septenarius, & qvod hîc Spiritus Sanctus vocetur, tum ſeptem Spiritus, tum

ſeptem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſeptem lampades, tum ſeptem oculi agni. Numerus enim ille ſeptenarius, heic ubiq; ad ſeptem eccleſiæ Chriſtianæ reſpicit periodos. Tantum de apocalypticis ſeptem ſpiritibus.

SCHEDIASMA VI.

Qvid ſint apocalypſeos qvatuor animalia alata, nec non 24 presbyteri.

I.

Tandem ad thronum Apocalypticum, referuntur qvoq; qvatuor animalia alata, nec non qvatuor & viginti presbyteri. Nam Apoc. 4. verſu 4. circa thronum, dicuntur fuiſſe qvatuor & viginti throni, in qvibus ſedebant qvatuor & viginti presbyteri, qvi in albis erant veſtiti & in capitibus ſuis aureas habebant coronas. Atq; verſu 6. in medio throni & circa thronum, dicuntur qvoq; fuiſſe alata qvatuor animalia, ante & pone oculis plena &c. Eorundemq; presbyterorum nec non animalium, alibi qvoq; in Apocalypſi fit mentio, nempe cap 5. v. 8. 9. 10. & 11. cap. 6. v. 1. 3. 5. 6. cap. 7. v. 11 & 13. cap 11. v. 16. cap. 14. v. 3. cap. 15. v. 7. & cap. 19 v. 4. Ut autem, qvid hi ſint qvatuor & viginti presbyteri, nec non qvatuor alata animalia, inqviratur, de utrisq; diſtincte agemus, & qvidem prius de presbyteris, deinde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

inde de animalibus, utrobiqve ea qvæ tutiora viſa ſunt, propoſituri.

2. Ad prius ſeu qvatuor & viginti presbyteros qvod attinet, qvæ de illis occurrerunt, ſeqventibus includi poſſunt pronunciatis. *Primum pronunciatum.* Qvatuor & viginti *presbyteri, ſunt hominum de eccleſia Chriſtiana militante multitudo qvædam.* Qvod *ſint homines & non angeli*, inde liqvet, qvod ab angelis diſtingvantur, nempe in verbis Apoc. 5. v. 11. Et audivi vocem multorum angelorum, circa thronum & circa animalia & circa presbyteros. Atq; cap. 7. v. 11. Et omnes Angeli ſtabant circa thronum & circa presbyteros, atq; circa qvatuor animalia. Idem qvoq; inde liqvet, qvod cap. 5. v. 9. dicunt ſe redemtos ſangvine agni. Id qvod in angelos minime qvadrat ſed in homines duntaxat. Deinde qvod *ſint homines de eccleſia*, *ſive homines Deum colentes*, liqvet inde, qvod cap. 4. v. 16 necnon cap. 11. v. 15. Deum adorent: qvod item cap. 5. v. 9. & 10 gloriam tribuant agno, per eumq; ſe & redemtos, & reges ſacerdotesq; eſſe factos agnoſcant. Tertio, qvod *ſint multitudo qvædam hominum de eccleſia*, inde conſtat, qvod cap. 5. v. 9. dicant, agnum ipſos redemiſſe, ex omni tribu, lingva, populo & gente. Qvarto qvod ſint *multitudo qvædam hominum de eccleſia militante*, inde manifeſtum eſt, qvod cap. 5. v. 10. dicant ſe in terra eſſe regnaturos. Illud enim ad triumphantem haud ſpectat eccleſiam, qvippe qvæ in terris minimè regnat, ſed ad militan-

tan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

eantem duntaxat. *Deniq;* qvod ſint multitudo qvædam hominum, de Chriſtiana eccleſia militante, non autem de Judaica, liqvet inde, qvod tempore apocalypſeos datæ, & deinceps nulla alia fuerit eccleſia, qvam eccleſia Chriſtiana, & Judaica ſive Iſraelitica eccleſia, a Deo tunc eſſet rejecta, & non amplius Dei exiſtens eccleſia.

3. *Secundum* pronunciatum. Qvatuor & viginti *presbyteri, ſunt multitudo qvædam hominum, de omnium temporum eccleſia Chriſtiana militante* De omnium temporum eccleſia Chriſtiana militante, hanc multitudinem eſſe, primum ex illorum 24. presbyterorum hocce charactere & attributo liqvet, qvô Apoc. 5. v. 10. dicuntur eſſe illi, qvos Chriſtus ſuo ſangvine ex omni tribu, lingva populo & gente redemtos, fecit Deo reges & ſacerdotes, ut regnent in terris. Hoc enim in omnium temporum Chriſtianos, in eccleſia militante exiſtentes qvadrat. Nullius enim temporis vere Chriſtianus, hujus redemtionis nec non regni atq; ſacerdotii eſt expers. Deinde idem inde colligitur, qvod hi qvatuor & viginti presbyteri in Apocalypticorum temporum & initio & medio & fine reperiantur. Id qvod ejus qvoddam omnino eſt indicium, qvod in omnibus eccleſiæ Chriſtianæ ſint temporibus.

4. In apocalypticorum autem temporum & initio & medio & fine revera reperiri ipſos, ſic oſtenditur. *In initio* reperiuntur; ſiqvidem Apoc. 5. re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

præſentantur, ut eo exiſtentes tempore, qvô agnus librum ſignatum, accepit a ſedente in throno, hoc eſt, qvô Chriſtus, juxta humanitatem a divinitate, apocalypticam accepit revelationem. Id qvod circa temporum apocalypticorum initium eſt omnino factum. *In medio* temporum apocalypticorum, hi 24. reperiuntur presbyteri, ſiqvidem in ſigilli qvoqve ſexti tempore, adeoq; in periodo qvoq; ſexta reperiuntur exiſtuntq;. Eo autem ſigilli ſexti tempore, ipſos exiſtere atq; reperiri, docent verba de ſigilli ſexti tempore Apoc. 7 v. 11. Et omnes angeli ſtabant circa thronum & circa presbyteros & circa qvatuor animalia. *In fine* deniq; temporum apocalypticorum, hi exiſtunt reperiunturq; presbyteri, ſiqvidem in tempore tubicinii ſeptimi, adeoq; ſeptima qvoq; ſive ultima Novi Teſtamenti in periodo, exiſtunt reperiunturq;. Atq; tunc eos adhuc eſſe repeririq;, inde manifeſtum eſt, qvod ut eſt Apoc. 11. v. 16. ſeptimo in tubicinio, gratias agant Deo, qvod tempus judicandi mortuos advenerit tandem. Qvæ cum ita ſint, presbyteros hoſce 24. in apocalypticorum temporum & initio & medio & fine reperiri liqvet: adeoq; probatum eſt, ipſos eſſe multitudinem hominum de omnium temporum eccleſia Chriſtiana militante.

5. Sed hic fortaſſis erunt qvi objicient, *hoſce presbyteros, non poſſe eſſe in omnibus eccleſiæ Chriſtianæ temporibus, quandoqvidem nulli in eccleſia militante homines, omnibus ejus temporibus vivunt aliiq; aliis ſucce-*

dunt. Sed ut hi 24. presbyteri in omnibus eccleſiæ Chriſtianæ ſint temporibus, non opus eſt eos conſtare hominibus immortalibus, & perpetuo in iisdem viventibus individuis: ſatisq; eſt, morientibus alios ſuccedere viventes. Neq; enim neceſſum eſt, ut univerſi hi qvatuor & viginti presbyteri, omnibus ſint temporibus, veritasq; dictorum de iis, etiam conſtare ſibi poteſt, ſi alii eorundem aliis exiſtant temporibus ætatibusq;. Nam *primo* in ſcripturis, illud pluribus interdum adſcribitur, qvod eorum uni convenit vel nonnullis: veluti in verbis Jud. 12, v. 12. Et ſepultus eſt Jephthas in civitatibus Gileadis, id eſt in una ex civitatibus illis. Atq; Genes 8. v. 4. Reqvievit arca in montibus Ararat, id eſt in uno montium illorum. *Deinde* totius qvoq; nomen, maxime figurato in ſermone, ſæpe attribuitur parti: & toti adſcribitur ſocietati, qvod in nonnulla ejus qvadrat membra Sic apoſtolis appellatis duodecim, interdum id adſcribitur, qvod eorum nonnullis tantum convenit. Veluti cum Paulus 1. Cor. 15. v. 5. ait, Chriſtum poſt mortem apparuiſſe Cephæ, & deinde duodecim illis. Nam apparitio illa nunqvam pluribus eorum duodecim facta eſt qvam undecim. Nonnunqvam etiam decem tantum ex illis facta eſt: ceu cum Chriſtus diſcipulis abſente Thoma, ut eſt Joh. 20. v. 24. apparuit. Judas enim Iſchariotes jam dudum perierat: neq; ante aſcenſionem Chriſti in cælos, ullus in ejus ſucceſſit locum. Et in humana hiſtoria

ſæpe qvoq; legas, triumviris, qvatuorviris, qvinqveviris, ſeptemviris, decemviris & aliis ſimilibus id attribui, qvod nonnullis contingit eorundem. Tum & ipſa in Apocalypſi cap. 12, Johannes draconem ſepticipitem, videt infeſtare mulierem ſole veſtitam, id eſt eccleſiam Chriſtianam, etiamſi qvinqve ejus capitum ſive regnandi formarum, tempore eccleſiæ Chriſtianæ, nullum reliqvum amplius erat exiſtebatq; Et pari modo capite 13. videt ſeptem capitum vel regiminum beſtiam pantherinam, ſive Papam Romanum ſanctos vincentem: etiamſi qvo tempore Papa Romanus ita vincebat ſanctos, ad minimum ſex eorundem capitum præteriiſſent, nec amplius in rerum natura exiſterent. Atq; cap. 17. v. 10 eorundem ſeptem capitum qvinq;, Johannes ait ſuo qvoqve tempore non amplius fuiſſe ſed cecidiſſe: unicum eſſe, & aliud mox venturum fore. Ad eandemq; faciem, apocalypticis 24 presbyteris, illud poteſt qvoq; adſcribi, qvod eorundem nonnullis, aut uni contingit revera, reliqvis aut mortuis, aut nondum exortis. Atq; ſic verum qvoq; eſſe poteſt, qvod Apoc. 14. v. 3. centum qvadraginta qvatuor millia id eſt eccleſia Proteſtantium, dicitur canere canticum novum, coram presbyteris. Etiamſi enim illud tantum factum eſt, coram nonnullis ex 24 presbyteris, ſiqvidem ipſa eccleſia Proteſtantium, horum 24 presbyterorum conſtituit qvoq; partē: nihilo tamen minꝰ revera coram presbyteris, ſive multitudine Chriſtianorum, in

eccleſia militante eſt factum. Canticum enim illud, eſt Proteſtantium doctrina, & in eo cantata eſt coram presbyteris, qvod tradita ſit conformiter illis, qvæ ſuperiorum temporum eccleſia militans, de præcipuis & fundamentalibus, Papatuiq; contrariis docuerat dogmatibus, patresq; & prioris eccleſiæ Chriſtianæ doctores, ſibi in eo habuerit conſentientes.

6. *Tertium* & ultimum hocce eſt pronunciatum, *Qvatuor & viginti presbyteri, ſunt eccleſia Chriſtiana militans, modò tota, modo laica duntaxat* Tota eccleſia Chriſtiana militans ſunt *primò* cum ſoli, excluſis animalibus alatis, in viſione aliqva memorantur. Velut fit capitis XI. v. 16. in verbis: Et viginti qvatuor presbyteri, qvi erant coram Deo ſedentes in thronis ipſorum, ceciderunt in facies ſuas, & adorarunt Deum dicentes &c. *Deinde* cum ea ipſis characteriſtica tribuuntnr prædicata, qvæ toti chriſtianæ conveniunt eccleſiæ. Veluti cum cap. 4 v. 4. dicuntur ſedere qviſq; in thronis ſuis, nec non coronati eſſe & albis induti. Hæc enim omnia communia ſunt prædicata, qvæq; Chriſtianæ eccleſiæ promiſcue conveniunt. *Deniq;* tunc etiam ſunt nonnunqvam eccleſia Chriſtiana promiſcue intellecta vel tota, cum eadem illis atq; qvatuor animalibus attribuuntur negotia. Veluti cum cap. 5. v. 9. & 10. de ambobus dicitur, qvod ſangvine agni ſint redemti, qvod Deus ipſos fecerit reges & ſacerdotes, qvodq; regnaturi ſint in terra. Atq; tunc a-

nimalia alata, qvæ deinceps num. 11. & ſeqventibus docuimus eſſe eccleſiæ clerum vel docentes, a presbyteris hiſce 24. diſtingvuntur, ut ſpecies a genere & pars a toto. Iidem 24 presbyteri, tunc non tota vel promiſcue dicta eccleſia militans, ſed pars ejus ſunt duntaxat, nempe eccleſia laica, cum diverſa illis, diverſa alatis animalibus attribuuntur negotia. Veluti cum cap. 4 verſu 9. & 10, animalibus, gloriam & gratiam dantibus ſedenti in throno, presbyteri procidunt coram ſedente in throno. Et cum cap. 5. verſu ultimo, animalibus amen dicentibus, qvatuor & viginti presbyteri procidunt. Ubi omnino qvatuor animalia alata, ceu deinceps numero 12. eſt oſtenſum, clerus ſunt atq; docentes: & cum animalia illa tunc clerus ſint atq; docentes, neceſſum eſt 24. presbyteros, qvi ab illis diſtingvuntur, eſſe tunc laicos, ſive non clericos docentesqve.

7. Tantum de illo, qvid ſint qvatuor & viginti presbyteri. Reſtat, ut cur eccleſia Chriſtiana promiſcue ſpectata ejusmodi 24. presbyteris ſive ſacerdotibus repræſentetur, explicemus. Per *presbyteros* ſive ſacerdotes repræſentatur, qvod Chriſtiani omnes ſine diſcrimine, ſpirituales facti ſint ſacerdotes: ſicuti liqvet ex verbis Johannis Apoc. 1. v. 4. fecit nos Jeſus Chriſtus reges & ſacerdotes Deo & Patri ſuo, nec non Petri, 1. epiſtolæ 2. v. 15. ſuos ad auditores. Vos eſtis genus electum regale ſacerdotium. *Qvatuor autem & viginti presbyteris* ideo eccleſia

cleſia repræſentatur, qvod in Veteri Teſt. cujus verbis & typis, ad res Novi Teſt. deſignandas, ſæpe ſacris in ſcripturis Spiritus S. utitur, ſacerdotales familiæ, veluti ex 1. Chron. 25. conſtat, eſſent qvatuor & viginti, earumq; qvælibet ſua vice & tempore ſacra adminiſtraret. *Hofmannus* in Chronotaxi, hanc qvoq; putat ſubeſſe cauſam, qvod tota eccleſia Chriſtiana, a ſui initio ad finem, vel ad conſummationem ſæculi, in qvatuor & viginti diſpeſcatur ætates: de qvo ipſemet legi poteſt. *Ut coronati* presbyteri, ſive qvi coronas in capite habent, eccleſia Chriſtiana, vel Chriſtiani promiſcue conſiderati, hic exhibentur, qvod ſinguli Chriſtiani, reges qvoq; ſpirituales ſint facti, veluti adducta ex Apoc. 1. & 1. Pet. 2. docent qvoq; verba. Atq; id ipſi hi presbyteri Apoc. 5. v. 10 innuunt, qvando gratias Deo agunt, qvod fecerit ipſos Deo reges atqve ſacerdotes, regnaturiq; ſint in terris.

8. *In thronis ſedentes* hi presbyteri Apoc. 4. v. 4. exhibentur, qvod eccleſia Chriſtiana, facultate & donis judicandi, de omnibus ipſi ſciendis ſit inſtructa, juxta verba 1. Cor. 2. v. 15. Spiritualis judicat omnia, & cap. 6. v. 2. Scitisne ſanctos mundum eſſe judicaturos. Atq; alias qvoq; in Scripturis, ſeſſio in thronis, judicandi notat negotia facultatemq;. Veluti in verbis Apoc. 20. v. 4. Vidi thronos & qvi ſederunt ſuper eis, & judicium eis eſt datum. Et Matth. 19. v. 28. Sedebitis ſuper duodecim thronis, judicantes duodecim Iſraelis tribus, *In albis*

veſtiti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

veſtiti Apoc. 4. v. 4. hi comparent presbyteri, ut eccleſiæ Chriſtianæ viva membra, vere ſancta & innocentia eſſe oſtendatur. Albæ enim veſtes, in Apocalypſi innocentiæ & juſtitiæ ſunt character ſymbolumq;. Uti in verbis cap. 3. v. 4. Ambulabunt mecum in albis, qvoniam digni ſunt. Item qvi vicerit induetur albis. Cap. 6. v. 11. Datæ ſunt interfectis ſtolæ albæ, id eſt innocentes & juſti judicati ſunt Cap. 7. v. 13. qvinam ſunt illi ſtolis amicti albis? & reſpondetur, qvi venerunt ex magna afflictione, & ſtolas ſuas ſangvine agni reddiderunt albas. Atq; cap. 19. v. 8. byſſinum album diſerte qvoq; dicitur eſſe juſtitia ſanctorum.

9. Deniq; circa thronum cap. 4. v. 4. hi presbyteri eſſe dicuntur, qvod eccleſia Chriſtiana, Chriſto ſedenti in throno & regnanti ſerviat & miniſtret, juſſaq; ejus faciat. Similiq; modo ſervi Dei, Pſ. 76. v. 12. circa Deum eſſe dicuntur, nempe in verbis. *Vovete & ſolvite Domino vota veſtra, qvi circa ipſum eſtis.* Atq; eodem qvoq; reſpicitur, cum presbyteri hi cap. 4. v. 10. dicuntur coronas ſuas projeciſſe coram throno qvippe qvô ſignificatur, vere credentes, Dei eſſe ſervos, & non ſuam ſed Chriſti qværere gloriam: illiq; etiam acceptum referre, qvod præceptis ejus obediendo vincant ac regnent.

10. Hactenus de priori, qvod erat proponendum, nempe de presbyteris. Nunc progrediamur ad poſterius, ſive animalia qvatuor alata. Sunt qvi angelos illis deſignari putant: Sed id verum

eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

eſſe nonpoteſt, Angeli enim ab hiſce animalibus manifeſto diſtingvuntur. Veluti in verbis Apoc. 5 verſu 11. Vidi & audivi vocem multorum angelorum circa thronum, circa animalia & circa presbyteros. Tum & animalia hæc non angelos eſſe, inde liqvet qvod Apoc. 5. v. 8.9.&10. dicant agnum ipſos redemiſſe ſuo ſangvine; id qvod nulla ratione in angelos qvadrat.

11. Qvid ergo ſunt hæc animalia? Homines ſunt, & qvidem eccleſiæ militantis homines. Nam cap. 5. v. 9.& 10 una cum presbyteris ajunt, agnum ipſos ex omni tribu, lingva populo & gente redemiſſe, Deoq; reges & ſacerdotes feciſſe, ut regnent in terris. Id qvod nullis aliis, qvam hominibus convenit, & qvidem illis hominibus, qvi eccleſiæ militantis ſunt membra. Neq; novum in ſcripturis eſt, eccleſiæ militantis homines, figuratè animalia appellari. Nam id alibi fit qvoq;, nempe in verbis Pſalmi 68. v 10. Firmas hæreditatem tuam, ut animalia tua habitent in illa, & Pſal. 74. v. 19. Ne in æternum obliviſcaris animalium tuorum. Liqvet ergo hæc animalia eſſe eccleſiæ militantis homines. Neq; tamen promiſcue omnes, eccleſiæ militantis ſunt homines; ſed ejus ſunt clerus ſive docentes. Idq; ſic probatur. *Primo* Apoc. 4. vv. 6. 7. & 8 repræſentantur, ut *oculis plena*, adeoq; ad cætera eccleſiæ membra ſe habent, ut oculorum ſedes ad reliqvum corpus. At hoc non convenit niſi clero docentibusq;, qvippe qvi velut eccle-

ſiæ

ſiæ magis oculata pars ſunt: idq; partim qvod debeant eſſe majore ſcientia & ſapientia inſtructi qvàm reliqvi. Ideoq; etiam in Veteri Teſt. ut eſt 1. Sam. 9. v. 9 appellabantur videntes. Sunt etiam, ut Rom. 2. v. 19 & 20. nec non Matth. 15. v. 14. oſtenditur, cæcorum duces: item qvod Rom. 2. additur, in tenebris exiſtentium lux, ſtultorumq; & ſimplicium informatores atq; magiſtri. Qvare niſi cæteris ſcientiores & ſapientiores exiſtunt, fieri poteſt, ut cæcus qvemadmodum Matth. 15. Chriſtus dicit, cæcum ducat, amboq; in foveam cadant. Partim etiam, qvod cæteris debeant eſſe vigilantiores. Qva de cauſa, Ezechiel 33 v 7. & Eſa. 60. v. 11. vigiles appellantur: & Heb 13. v. 17. dicuntur vigilaturi, tanqvam pro auditoribus rationem reddituri. Eademq; de cauſa 1. Tim. 3. v. 1. & 2. epiſcopi dicuntur, id eſt inſpectores. Et hæc qvoq; cauſa eſt, cur hæcce animalia Apoc. 4. v. 8. neq; die neq; nocte reqviem habere dicantur. Nam ſimiliter de Chriſtianæ eccleſiæ vigilibus, ſive docentibus Eſa. 60 v 11 Ponam vigiles, o Solyma! ſuper muris tuis, qvi neq; die neq; nocte tacebunt.

12. *Deinde*, hæc animalia eſſe eccleſiæ Chriſtianæ clerum, inde qvoq; colligitur, qvod proponantur, ut reliqvæ eccleſiæ Chriſtianæ duces atq; anteſignani. Nam cum Apoc. 4. v. 9. animalia gloriam, honorem & gratias dant ſedenti in throno, tanqvam eô commoniti presbyteri, procidunt qvoq; coram throno, & adorant viventem in ſæcula ſæcu-

culorum. Sic & cap. 5. v. 14. cum animalia ſermonem orſa dicunt amen, presbyteri eo moniti procidunt & adorant viventem in ſæcula ſæculorum. Ubi etiam animalia atq; presbyteri ſimul memorantur, plerumq; presbyteris præmittuntur animalia: veluti cap. 4. v. 9. & 10. cap. 5. v. 6. 8. 11. & 14. atq; cap. 14. v. 3. ubi ſexies priore loco ponuntur animalia: cum e contrario tota in apocalypſi, bis duntaxat presbyteri priore ponantur locô, nempe cap 7. v. 11. & cap. 19. v. 4. Eô qvô itidem haud dubie oſtenditur, animalia hæcce, eſſe eccleſiæ Chriſtianæ doctores atq; primipilos vel anteſignanos. Tales autem eccleſiæ Chriſtianæ, rebus in ſacris anteſignani & ductores, nulli alii ſunt qvam eccleſiæ chriſtianæ docentes: qvippe qvi & doctrina & vita cæteris præire debebunt: ut ideo, Heb. 13. v. 17 diſerte qvoq; dicantur ἡγȣμενοι, cum ibi auctor epiſtolæ: obedite ἡγȣμένοις ὑμῶν, ductoribus veſtris & cedite illis. *Deniq;*, hæc alata qvatuor animalia, haud dubie eadem ſunt, atq; Ezechielis capite primo deſcripta, alata qvatuor animalia. Itaq; qvod de ſono alarum in Ezechielis animalibus dicitur, etiam de horum qvatuor apocalypticorum animalium alis, adeoq; de ſono qvodam in illis eſt intelligendum: & propterea, cum alarum ſonitus in Ezechielis animalibus, Ezechielis prophetiæ cap. 1. v. 24. & cap. 10 v. 5 dicatur fuiſſe *qvaſi vox Dei omnipotentis, cum loqvitur*, etiam horum apocalyptico-

pticorum animalium alas, ſtatuendum eſt ſonare, & ſonum eum eſſe, qvaſi vocem Dei omnipotentis cum loqvitur. Illa autem vox Dei omnipotentis cum loqvitur, eſt omnino verbi divini vox, qvam hæc reſonant animalia: adeoq; horum animalium officium eſt, verbum Dei reſonare atq; docere. Is qvi omnino docentium in eccleſia, adeoq; cleri eſt character. Liqvet ergo hæc animalia, eſſe Chriſtianæ eccleſiæ clerum atq; docentes.

13. Et de clero atq; docentibus, facile omnia explicantur, qvæ de hiſce animalibus in apocalypſi dicuntur. Qvorum potiora qvædam hic recenſentes accommodabimus iisdem. Ut *alata animalia* docentes hic repræſentantur, qvia docent & verbum Dei prædicant. Alæ enim figurate notant qvoq; verba: velut in dictis Apoc. 9. v. 9. de locuſtis, Vox alarum earum, tanqvam vox curruum, cum multi eqvi currunt ad bellum. Zach. 5. v. 9. Duæ mulieres prodierunt & ſpiritus erat in alis earum, id eſt efficacia erat in verbis earum. Et Eccleſiaſtæ 10 v. ultimo, qvi famam & rumores diſpergunt, בעלי כנף, alarum potentes vel magiſtri dicuntur. Atq; numero ſuperiore 12. ex Ezechiele audivimus, ſonum alarum in hiſce animalibus eſſe vocem Dei loqventis. *Ut qvatuor animalia alata*, docentes in eccleſia Chriſtiana proponuntur, qvia qvadruplex eſt genus doctorum: qvotuplex eorum genus in eccleſiaſtica occurrit qvoq; hiſtoria. *Unum* ſunt martyres qvi leoninam qvaſi habent fortitudinem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

& ideo ut alatus leo, in primo genere horum animalium exhibentur. Et tales erant docentes in periodo Chriſtiana prima, ſub ethnici imperii, & in periodo qvinta ſub Romanæ eccleſiæ, in Dei teſtes perſecutione. *Secundum* genus ſunt confeſſores vel cum hæreſibus pugnantes, & in eo qvaſi boum tolerantes laborem; ut ideo ceu bos alatus, in ſecundo genere animalium repræſententur. Tale genus docentium fuerunt periodi Chriſtianæ ſecundæ doctores: nec non periodi ſextæ, qvæ circa reformationis tempus incepta adhuc durat.

14. *Tertium* genus eſt humana laborans infirmitate & nec martyrum leoninam, nec confeſſorum bobus ſimilem, ſuſtinens tolerantiam laboresq;. Ideoq; in tertio genere animalium, hominis alati repræſentatur facie. Homo enim imbecillitatis & infirmitatis eſt ſymbolum. Et tale genus docentium, fuit in chriſtiana periodo tertia, nempe ſæculo ſeptimo, octavo & nono, redibitq; in periodo ſeptima: cujus eo pertinentia vitia in epiſtola ad Laodicenſes reprehenduntur. *Qvartum* deniq; & ultimum genus docentium eſt, qvod ſuperata tali infirmitate, novas & aqvilinas denuo accipit vires: ideoq; in qvarto animalium genere, ſub imagine aqvilæ volantis adeoq; alatæ repræſentatur. Nam aqvila, ut tam Scriptura Pſal. 103. v. 5. & Eſai. 40. v. 31. qvam etiam phyſici docent, renovatur qvoqs & novas acqvirit pennas. Et tale docentium genus, tempore periodi qvartæ Chriſtianæ in Valden-

ſibus exſtitit, evangelii doctrinam multa per ſecula, hactenus qvaſi ſepultam, denuo in lucem protrahentibus prædicantibusqve.

15. *Sex alæ* cuivis animali alato adſcriptæ, videntur notare, cujusvis animalis alati, vel docentis ordinis, per ſuas alas ſive doctrinam ſonantis periodum, in ſex æqvales dividi partes. Et ſi, juxta illa qvæ deinceps Schediasmate undecimo ſunt propoſita, Chriſtianam qvamvis periodum, præterqvã ultimam, qvæ ſecundum ea, qvæ Schediasmatis ejusdem numero 1. ſunt propoſita, excipi illinc debet, 294. annorum eſſe ſtatuamus, is numerus diviſionem in ſex æqvales partes facilè recipit. Nam ex 294, ſexta pars 49. exiſtunt.

16. *Porro* animalia hæcce *plena oculis*, eſſe dicuntur, habereq; oculos & ante & pone. Ubi qvod plena oculis eſſe affirmantur, de docentibus explicatum habes antea numero 11. Qvod autem & *ante & pone oculos habere* dicuntur, notat eccleſiæ Chriſtianæ docentes, tam præterita qvam præſentia atq; futura, tam veteris qvam Novi Teſt. ſcire & tradere debere negotia. Eiq; conſonat qvoq; qvod eſt Matth. 13. v. 52. omnem ad regnum Dei edoctum ſcribam, eſſe ſimilem patrifamilias, ex ſuo theſauro, & nova & vetera depromenti. Præterea *animalia* hæcce Apoc. 4. verſu 6. & *in medio throni & circa thronum eſſe* dicuntur: ubi qvod in medio throni eſſe dicuntur, in eo docentibus convenit, qvod illi in medio ſint Chriſti regno eccleſiaq;, & in

in media plerumq; eccleſia, divinam tradant doctrinam. Atq; ſic etiam Veteri in Teſt., tabernaculum & ubi docentes ſacra faciebant in medio erat eccleſiæ, juxta dictum Moſis Levit. 26. v. 11: Atq; myſticum qvoq; Novi Teſt. ſanctuarium, Ezechielis 48. v. 8. & 10. itidem in medio eccleſiæ fore prædicitur: Circa *thronum* autem animalia eſſe dicuntur, qvia ſunt ſervi Chriſti & ejus regni. 1. Cor. 3. v 5. Qvid Paulus qvid Apollo aliud qvam ſervi, per qvos crediditis. Atq; ſervos miniſtrosq;, alias qvoq; in ſcripturis conſtat dici, circa ſuos dominos eſſe. Et antea, numero 9. ejus notatum eſt exemplum.

17. Inſuper, qvod hæc animalia Apoc: 4. v. 8. dicantur, neq; nocte neq; die reqviem habentia *clamare*, *ſanctus*, *ſanctus*, *ſanctus Deus omnipotens, qvi eſt qvi erat & qvi venturus eſt*: docentibus in eccleſia, in eo convenire reperitur, qvod eccleſiæ tam afflicto qvam proſpero tempore, Dei prædicent gloriam, ad eumq; tam ſecundis qvam adverſis rebus colendum adorandumq;, homines ſua prædicatione incitent atq; exſtimulent. Adhæc, qvod horum animalium qvodvis, ſuô ſigillô apertô, cap. 6 v. 1, 3 5. & 7. *dicit*, *veni & vide*, in clerum & docentes eô qvadrat, qvod eccleſiaſtica hiſtoria, qvæ docentium res maxime complectitur, & a docentibus etiam plerumq; ſcribi ſuevit, vaticiniorum apocalypticorum debeat eſſe interpres. De qvo plura in Phosphori recenſu, numero 16. *Deniq;* qvod unum ex

qvatuor animalibus Apoc. 15. v. 7. angelis phialas effuſuris, dat ſeptem phialas irâ Dei viventis plenas, docentibus in eccleſia convenire ſic invenitur: qvod docentes prædicando evangelium, occaſionem dent iræ Divinæ in hominum erga evangelium ingratitudinem effundendæ. Sunt enim, ut eſt 2. Cor. 2. bonus Dei odor tam in illis qvi ſalvantur, qvam in illis qvi damnantur: his qvidem odor mortis in mortem, illis autem odor vitæ in vitam. Atq; id unum aninal, qvod phialas iræ ſic dedit, fuiſſe ſecundi ſigilli animal, adeoq; ſecundæ Chriſtianæ periodi clerum eventus oſtendit. Nam ſecundæ Chriſtianæ periodi tempore, Papatum adminiſtrante Leone Magno, ſicut in Phosphori recenſu, numero 43. & ſeqventibus eſt oſtenſum, phialæ effundi cæperunt. Atq; hæc hactenus.

LI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

LIBER SECUNDUS.

De nonnullis ad periodos Chriſtianas probandas confirmandasq; pertinentibus,

SCHEDIASMA VII.

In qvo acceditur ad probandum, in Apocalypſi revera dari periodos ſeptem Chriſtianas: & particulatim monſtratur, eas in ſeptem apocalypticis haberi tubiciniis: contrariaq; Viri Clariſſimi Johan. Markii, argumenta refutantur.

I.

Qvia tum in hocce ſcripto, tum in aliis dixerim ſcripſerimq;, qvod ante me Hofmannus & Heuniſchius, ex Reformatisq; Coccejani qvidam, in Apocalypſi, eccleſiæ Chriſtianæ periodos ſeptem dari proponiq; & a qvibusdam tamen ea ſententia oppugnatur: ideo a nonnullis rogatus, periodos illas rationibus non qvidem mathematicis & apodicticis, qvæ hic ut in ænigmatici ſcripti interpretatione, exſpectari vix poſſunt, ſed veriſimilibus tamen probare: tum etiam contraria *Johan. Markii* & aliorum argumenta, qvæ alicujus videri poſſunt momenti diſſolvere: imperavi mihi, huic eorum petitioni aliqvot ſchediaſmatibus ſatisfacere. Id qvod nunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

etiam Deo volente faciemus, primo probaturi, in ſeptem tubiciniis ſeptem eccleſiæ Chriſtianæ periodos eſſe: deinde easdem periodos eſſe qvoq; in ſeptem ſigillis: tertio easdem eſſe etiam in ſeptem epiſtolis: & deniq; exacte ſeptem easdem eſſe, non plures nec pauciores, ad ſingula qvoq; hæc capita locaq;, Joh. Markii & aliorum contraria argumenta, qvæ qvidem alicujus videri poſſunt ponderis, & non ſolam Coccejanorum & Hofmannianorum, ſed & noſtram hiſce de periodis, ferire poſſunt ſententiam, expenſuri examinaturiq;. A tubiciniis itaq; incepturi, qvod illic agendum, in duo partimur membra: qvorum unum eſt, in tubiciniis eſſe ſeptem ab invicem diſtincta & ſucceſſiva tempora vel periodos: alterum autem, eadem tubiciniorum tempora periodosq;, totam Chriſtianæ eccleſiæ ætatem, in ſeptem chronicas dividere partes, adeoq; eſſe ſeptem totius eccleſiæ Chriſtianæ periodos.

2. Qvod ad prius attinet, ſive:

In tubiciniis eſſe ſeptem diſtincta tempora periodosq;.

Illud his probatur argumentis. *Primum* ſit. *Si Johanni exhibita tubiciniorum viſio & imago, ſeptem diſtincta & ſucceſſiva* repræſentat tempora vel periodos: utiq; in reſpondente eidem viſioni & imagini eventu hiſtoriaq;, adeoq; in tubiciniis ipſis, ſeptem diſtincta & ſucceſſiva ſunt tempora. Sed verum eſt prius. Ergo & poſterius. *Connexio* inde probatur, qvod ideo facta ſit tubiciniorum viſio & imago,

mago, ut repræſentet, qvæ vere futura ſunt in illis eorumq; hiſtoria. Qvare ſi imago tubiciniorum viſioq;, ſeptem diſtincta repræſentat tempora, omnino ipſis in tubiciniis ſive eorum hiſtoria, tot diſtincta ſunt tempora. Nec eſt, qvod hic objicias, unum idemq; tempus in Apocalypſi pluribus ſæpe repræſentari viſionibus. Nam id fit, ubi viſiones ad idem pertinentes tempus, numerorum ſerie inter ſe non ſunt connexæ: non autem cum viſiones numerorum ſerie & ordine inter ſe cohærent: ubi nunqvam & nusqvam eadem recurrunt tempora, ſicut & antea Schediaſmatis 2. numero 16. eſt commonitum. Tubiciniorum autem viſiones, revera numero inter ſe cohærere, eſt manifeſtum. Diſtingvuntur enim in tubicinium primum, ſecundum, tertium & cætera. *Aſſumtio* ſive qvod tubiciniorum viſio atq; imago, ſeptem diſtincta repræſentet tempora, ex Apocalypſeos de illis textu, capite 8. 9. 10. & 11. eſt manifeſta. Nam alio tempore contingit tubicinium primum, alio ſecundum, alio tertium & ſic deinceps. Et canente tubicinii primi angelo, necdum aut canebat ſecundus, aut qvicqvam negotiorum ad ſecundum tubicinium ſpectantium apparebat videbaturq;: atq; canente ſecundo angelo, necdum aut canebat tertius, aut qvicqvam de tubicinii tertii negotiis apparebat, repræſentabaturq;: & ſic porrò in cæteris. Ideoq; etiam numero inſigniuntur tubicines angeli; ut alius dicatur primus, alius ſecundus,

alius tertius & ſic porro. Qvæ cum ita ſint, in ſeptem tubiciniis omnino ſeptem ſunt diſtincta tempora periodiqve.

3. *Secundum* hoc ſit argumentum. Si qvatuor ultima tubicinia nempe qvartum, qvintum, ſextum & ſeptimum, habent qvævis ſuum diſtinctum a cæteris tempus, merito creditur, reliqva qvoq; tubicinia, habere qvævis ſua diſtincta tempora: adeoq; cum in univerſum ſeptem ſint tubicinia, ſeptem qvoq; eſſe eorundem diſtincta tempora periodosq; *Connexio* inde probatur, qvod tubicinia ſingula ſint unius ejusdemq; generis ſpecies, adeoqve unam generalem habeant rationem: & qvæ qvatuor ex eorundem ordine generalis deprehenſa eſt eſſe natura, ea ſcripturis ſanctis contrarium non docentibus, meritò creditur cunctorum generalis eſſe natura. Nam ſic alias qvoq; rationi conſentienter concludimus, & ipſis qvoq; politicis in negotiis, qvando pleraſq; panni alicujus ulnas viderimus, reliqvos ſimilis eſſe texti, donec certo oſtendatur contrarium, recte concludimus. Aſſumtionem ſive qvatuor ultimorum tubiciniorum qvodvis, ſuum diſtinctum & peculiare habere tempus, ſingula enumerando per partes probabimus. *Qvarto* tubicinio ſuum peculiare eſſe tempus, illinc colligi poteſt, qvod eodem ad finem vergente, & nondum exiſtente qvinto, angelus Apoc. 8. v. 13. in medio cælo volans dicit: væ, væ, væ habitantibus in terra, a vocibus tubæ reliqvorum trium angelorum tubâ can-

cantaturorum. Ex hiſce enim verbis liqvet, tum tubicinium qvartum habere ſuum tempus, tum id tempus eſſe a tempore ſeqventium tubiciniorum, qvinti ſexti & ſeptimi diverſum. Nam qvarti tubicinii tempore, trium ſeqventium tubiciniorum tempora necdum fuiſſe oſtendunt. Si autem qvarti tubicinii tempore, ſeqventia tria necdum erant, utiq; omnino idem qvartum tubicinium, ſuum peculiare & ab iis tribus diſtinctum, habuit tempus.

4. *Qvinto* tubicinio ſuum peculiare exiſtere tempus, *primo* inde liqvet, qvod Apoc. 9 v. 6. certi & peculiares illi adſcribantur dies, eum ibi dicitur, in diebus illis homines qværent mortem & non invenient. *Deinde* ex hoc idem liqvet, qvod peculiares qvoq; ei tubicinio adſcribantur menſes: nempe cum v. 5. ibidem, ejus tubicinii locuſtis dicitur datum, non necare ſigillo Dei in fronte carentes, ſed cruciare ipſos, idq; per qvinq; menſes. *Deniq;* idem ex eo probatur, qvod tubicinium qvintum, nec qvarti nec ſexti tubicinii tempore exiſtat. Inde enim omnino ſeqvitur, ipſum ſuum peculiare habere tempus. Non fuiſſe autem tempore tubicinii qvarti, liqvet inde, qvod ejusdem tubicinii qvarti tempore, ceu numero 3. eſt oſtenſum, nullum ex ſeqventibus fuerit tubiciniis. Sexti autem tubicinii tempore non eſſe, inde liqvet, qvod tubicinia alia in aliorum non tranſeant fora terminosq;, ſed qvævis ſua tunc habeant initia, cum cujusq; angelus canere incipit; qvod etiam plaga tubicinii ſexti

non fuerit in tubicinio qvinto, ut ideo Apoc. 9. v. 12. in fine tubicinii qvinti, inter ea qvæ adhuc futura erant, ea plaga ponatur. Nam ſi plaga tubicinii ſexti in tubicinio qvinto non fuit, neq; ipſum tubicinium ſextum in eo fuit. Qvippe ut plaga cujusq; tubicinii, in prioris a ſemet tubicinii non tranſit tempus, cum eoq; confunditur. Sic nec tubicinium ipſummet, alieni ante ſe exiſtentis tubicinii ingreditur tempus, cum eoq; commiſcetur. Singula enim a ſingulis revera manent diſtincta, & nusqvam ulla in illis confuſio.

5. *Sexto* tubicinio ſuum peculiare eſſe tempus, liqvet inde, qvod in eodem tubicinio, duo teſtes Apoc. 11. v 9. & 11. per dies tres propheticos atq; ſemisſem dicantur fore jacentes, ut cadavera. Dies enim illi tres & ſemis, omnino ſunt tempus, & qvidem huic tubicinio peculiare, a cæterisq; tubiciniis plane diverſum. Ex Apocalypſeos qvoq; nono v. 12. ubi dicitur, væ unum ſive plagam tubicinii qvinti præteriiſſe, ſeqvi autem duo væ ſive plagas tubicinii ſexti & ſeptimi, liqvet, tempus plagæ in tubicinio ſexto exiſtentis, omnino diverſum eſſe a tempore plagæ in tubicinio qvinto exiſtentis. Et ex verbis Apoc. 11. v. 14. in fine tubicinii ſexti propoſitis, *væ ſecundum*, id eſt væ tubicinii ſexti, *abiit, ecce tertium væ*, nempe tubicinii ſeptimi, *venit cito*, liqvet qvoq;, idem plagæ in tubicinio ſexto exiſtentis tempus, itidem a tempore plagæ in tubicinio ſeptimo exiſtentis eſſe diverſum. Si autem plagæ in tubici-

bicinio ſexto exiſtentis tempus eſt diverſum, tam a tempore plagæ in tubicinio qvinto exiſtentis, qvam a tempore plagæ in tubicinio ſeptimo exiſtentis, utiq; tubicinium ſextum, omnino habet tempus qvoddam peculiare, & qvod nec in qvinto nec in ſexto eſt tubicinio.

6. Deniq; ſeptimo qvoq; tubicinio, ſuum peculiare, & a reliqvis diſtinctum tubiciniis eſſe, tempus, liqvet primum ex illo, qvod ei ſua peculiaria Apoc. 10. v. 7. nec non Apoc. 11. v. 15. adſcribantur negotia, & qvæ priorum in tubiciniorum non ſunt temporibus: neq; negotia illa ſine tempore eſſe poſſint, ſiqvidem omni negotio, ut eſt Eccleſ. 3. v. 1. ſuum eſt tempus. *Deinde* qvod eidem ſeptimo tubicinio Apoc. 10. v. 7. peculiares adſcribantur dies, & qvibus myſterium Dei eſt conſummandum. Illi enim dies omnino ſunt tempus, & qvidem peculiare, a cæterorumq; tubiciniorum temporibus diſtinctum. Cuncta igitur, qvæ ad hocce argumentum pertinentia debuerunt probari, ſunt probata.

7. *Ultimum* argumentum hocce exiſtat. Si non nullorum tubiciniorum in apocalypſi, exempli & typi cauſâ, peculiares memorantur dies, adeoq; tempus, utiq; qvodlibet tubicinium, ſuos peculiares habet dies tempusq;. Sed verum eſt prius. Ergo & poſterius. Connexio inde probatur, qvod qvæ typi & exempli cauſâ proponuntur, ea non tantum monſtrent, qvalia ſint ea ipſa de qvibus dicuntur, ſed etiam qvalia ſint cætera ejusdem generis nominisq;:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

niſq; : & ad illa ipſa qvoq; ſint extendenda. Aſſumtio autem probatur ex verbis Apoc. 10. v. 7. In diebus vocis ſeptimi angeli, cum tubâ eſt canturus, Dei complebitur myſterium: nec non ex verbis Apoc. 9. v. 6. de tubicinio qvinto. In diebus illis homines reqvirent mortem & non invenient: qvippe qvibus verbis, inter alia oſtenditur, tubicinium tam qvintum qvam ſeptimum, ſuos peculiares habere dies: idq; typi & exempli cauſâ, utq; ſciamus cæterorum tubiciniorum in eodem eandem exiſtere rationem, atq; qvodvis tubicinium ſuos peculiares & a cæterorum tubiciniorum diebus diſtinctos habere dies, adeoq; & tempus periodumq; Si autem qvodvis tubicinium, habet ſuum tempus periodumq;, utiq; cum ſeptem ſint tubicinia, ſeptem qvoq; eorundem tubiciniorum peculiaria ſunt tempora periodiq;. Liqvet igitur ſeptem in tubiciniis, ſeptem eſſe periodos. Eaq; etiam *Petri Aureoli*, auctoris ſæculo decimoqvarto viventis in Breviario Bibliorum: nec non *Franc. Lamberti*, qvi tempore Lutheri vixit, commentario in Apocalypſin, iis locis qvibus tubicinia interpretatur, fuit ſententia: cui, aſtipulantur qvoq; illi fere, qvi ſeptem tubicinia dixerunt eſſe ſeptem prædicatorum vel eccleſiæ ſtatus: inter qvos in Commentariis *Hugo de S. Caro*, *Richardus S. Victoris*, *Alexander de Hales*, *Bernardinus* Senenſis, Dionyſius Rickelius ſive Carthuſianus. Nam eos ſeptem ſtatus ad peculiaria, referunt plerumq; tempora.

8. Cum

8. Cum eademq; de ſeptem temporibus periodisq;, in tubiciniis ſententia, illud qvoq; concordat, qvod tubiciniis indicari tempora, antiqvitus fuerit uſitatum: atq; apud Hebræos neomeniæ, jubilæi & alia tempora, velut ex Num. 10. v. 10. nec non Levit. 25. v. 9. liqvet ſint denunciata: qvod etiam omnia alia ſacris in ſcripturis ſeptem tubicinia, ſeptem ſibi adjuncta habuerint tempora. Veluti Joſ. 6. ſeptem dierum circa Hierichuntem tubicinia: qvippe qvorum qvodvis ſuo peculiari & a cæteris diſtincto fiebat die. Item circa eandem Hierichuntem, ſeptimo die tubicinia ſeptem. Namq; eorum etiam qvodvis, ſuo peculiari unius ejusdemq; diei fiebat tempore, & aliud poſt aliud. Maneat itaq;, ſeptem in tubiciniis revera ſeptem eſſe tempora periodosve.

9. Supereſt, *Joh. Markii*, præfatione Commentarii in Apocalypſin, contra tubiciniorum periodos argumenta, qvatenus noſtræ, de tubiciniorum periodis doctrinæ & ſententiæ, poſſint eſſe adverſa, disſolvamus qvoq;. *Princeps* & potiſſimum argumentum hocce eſt: *ſeptimo in tubicinio nullum exiſtere tempus: itaq; in ſeptem tubiciniis non eſſe ſeptem tempora periodosq;.* Sed antecedens, nimirum ſeptimo in tubicinio, nullum eſſe tempus, falſum exiſtit. Ejus enim contrarium, jam antea numero ſexto eſt firmatum probatumq;. Neq; ſtabilitur argumentando; *ſeptimam tubam, finem omnium afferre temporum: itaq; ipſam non poſſe conſtituere tempus.* Connexio

nexio enim falſa eſt. Nam duo hæcce, continere vel conſtituere tempus, & nihilominus finem afferre temporum, facile una conſiſtere poſſunt: ſiqvidem res aliqva, uti hic tubicinium ſeptimum, in ultima ſui parte vel exitu, finem afferre poteſt temporum, & nihilo ſecius ante hunc exitum, tempus continere atq; conſtituere: qvandoqvidem ea qvoqve in aliqva ætate vel tempore fieri dicuntur, qvæ in ejus exitu noviſſimoq; fiunt momento. Certum qvoqve eſt, ætatem Novi Teſt. tandem allaturam eſſe finem omnium temporum. Ultima enim ex mundi eſt ætatibus, & in qva mundus ſicuti confeſſum eſt, interibit tandem. Et nihilo tamen minus revera conſtituit tempus, immo eſt tempus: ut ideo hanc Novi Teſt. ætatem, Johannes 1. epiſtolæ 2. v. 18. ultimam vocet horam, & Paulus qvoq; 1. Cor. 7. v. 29. καιρὸν συνεσταλμένον tempus contractum. Eandemq; ætatem conſtat qvoq; ultra ſexdecim jam ſæcula duraſſe & adhuc durare: ut omnino abſurdus foret, qvi tempus eſſe aut conſtituere negaret.

10. Alia ratio, qva Markius idem probare contendit, nempe ſeptimo in tubicinio nullum fore tempus, eſt qvod Apoc. 10: v. 6. & 7. angelus in tubicinio ſexto, poſtqvam librum apertum manu præferre cæpit, juratus ſit, *qvod non amplius ſit futurus χρόνος ſive tempus: ſed (ἀλλὰ) in diebus ſeptimi tubicinii, conſummandum ſit Dei myſterium.* Qvippe

pe qveis verbis itidem ſignificari putat, nullum in tubicinio ſeptimo fore tempus. Sed revera, verba id plane non ſignificant. Nam *primo* contradictio eſt in adjecto, dies fore in tubicinio ſeptimo & nullum tamen in eo fore tempus. *Deinde* qvod angelus ibi jurat, non amplius fore tempus: dicitur qvoq; de tubicinio ſexto, ejusq; magna parte, qvæ tempore ejus juramenti nondum erat tranſacta, & in qva multa adhuc negotia eſſent futura; nempe in qva adhuc dimetiendum eſſet Dei templum Apoc. XI. v. 1. adhuc duo teſtes eſſent necandi, poſtq; necem tribus diebus & ſemiſſe, ceu eſt ibidem v. 8. 9. & 10. ut cadavera cubituri, necnon, ut eſt v. 11. adhuc reſurrecturi, in cælumq; aſcenſuri: adhuc etiam, ut eſt verſu 13, magnus futurus eſſet terræ motus, decimaq; pars civitatis corruitura. Si itaq; citatis apocalypſeos decimo verbis, de tempore non amplius futuro, id ſignificaretur, nullum tempus aut nullius generis tempus amplius fore, tunc iſta tubicinii ſexti negotia, qvæ adhuc reſtabant agenda, neq; etiam futura eſſent, ſiqvidem ſine tempore fieri non poterant, & omni negotio, ut Salamon Eccleſiaſtæ tertio ait, ſuum eſt tempus: atq; ſic auctor divinus rurſus ſibimet contradiceret. *Deniq;* in eo qvoq; ſibi contradiceret, qvod nullum amplius tempus affirmaret fore, & tamen mox affirmaret, adhuc teſtes interficiendos & tribus diebus atq; ſemiſſe cubituros ut cadavera. Conſiſtere enim unà non poſſunt, nullum tempus amplius

fore,

fore, & tamen dies tres & ſemiſſem fore: nam ii tres dies & ſemiſſis ſunt qvoq; tempus.

11. Et ſi dixeris verba, de tempore amplius haut futuro, non *pertinere ad tubicinium ſextum, ſed ad ſeptimum duntaxat: ideoq; in tubicinio ſexto eſſe poſſe tempus, poſtqvam juramenti tranſiit negotium: & propterea ratione tubicinii ſexti nullam hic occurrere contradictionem:* nondum res ſalva eſt, qvia contradictio ex tubicinio ſeptimo non ideo eſt ſublata. Immo nec ex tubicinio ſexto eſt ſublata. Falſum enim eſt qvod jactatur, verba illa de tempore non futuro, ad tubicinium ſextum haud pertinere. Nam ex textu, anteaq; dictis ſatis evidens eſt, juramentum illud fieri, cum prædicta illa tubicinii ſexti negotia nondum eſſent facta, & illis necdum factis transactisq; angelum tamen dicere, non amplius fore tempus. Neq. obſtat *alteram ſive poſteriorem juramenti partem dicere, myſterium Dei in diebus ſeptimi tubicinii eſſe conſummandum.* Nam ea longe alia eſt enunciatio, neq; cum priore illa, de tempore non amplius futuro eſt confundenda. De ſolo enim ſeptimo dicitur tubicinio, cum prior illa, tam de ſexto qvam ſeptimo dicatur tubicinio. Atq; ſi aliud putas ſvadere, particulam adverſativam ἀλλὰ SED, eodem in poſteriore enunciato: ſcias eam particulam, nihil his qvæ dicta ſunt officere: ſiqvidem, qvod verborum nexus & cohærentia docet, adverſativa hic non eſt ſed copulativa, poſterio-

rio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

rioremq; enunciationem priori non opponit ſed conjungit. Rectiusq; verba hoc modô Latine redduntur, *Non erit amplius tempus*, ET, (NB. ET, non SED) *in diebus vocis ſeptimi angeli --- Dei conſummabitur myſterium.* Similiq; copulativô modo, alibi qvoq; Novo in Teſt., particula hæc Græca ἀλλὰ accipitur. De qvo ecce tibi hæc exempla. Marc. 7. v. 5. Qvare diſcipuli tui non ambulant juxta traditionem ſeniorum, (ἀλλὰ) & illotis manibus edunt? Cap. 6. v. 9. Juſſit ut nihil ſecum ferrent in via præter baculum --- (ἀλλα) & ſubligare ſandalia. Marc. 13. v. 24. (Ἀλλα) & in diebus illis --- ſol obſcurabitur. Joh. 13. v. 10. Qvi lotus eſt, non opus habet lavari, præterqvam pedibus, & (ἀλλὰ) eſt totus mundus. Joh. 16. v. 2. E ſynagogis excludent vos, & (ἀλλὰ) venit hora, qvâ omnis interficiens vos, cultum ſe Deo præſtare putet. Rom. 5. v. 14. Et (ἀλλα) regnavit mors ab Adamo usq; ad Moſen. 1. Cor. 3. 2. Nondum enim poteratis, & (ἀλλὰ) necdum poteſtis. 1. Cor. 4. v. 3. Et (ἀλλὰ) neq; meipſum judico. 1. Cor. 15. v. 40. Et (ἀλλὰ) alia cæleſtium, alia terreſtrium gloria eſt. Cor. 3. v. 7. Qvod ſecundum Deum contriſtati eſtis, qvantam fecit diligentiam & defenſionem & indignationem, & timorem, & deſiderium, & zelum, & vindictam. In qvo loco pro qvalibet copulativa particula ET, in Græco eſt particula ἀλλὰ:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

adeoq; ſexies ibidem, ἀλλὰ non adverſativa ſed copulativa exiſtit. Alia loca in qvibus ἀλλὰ itidem copulativa eſt, ſunt Heb. 3. v. 13. Gal. 4. v. 29. 2. Cor. 3. v. 14. & 15. Rom. 8. v. 37. Marc. 12. v. 14. Luc. 6. v. 27. cap. 7. v. 25. cap. 11. v. 42. Joh. 12. v. 27. cap. 14. v. 31. cap. 15. v. 21. cap. 16. v. 4. Act. 5. v. 13. cap. 19. v. 2. cap. 26. v. 16. Phil. 2. v. 17., pluraq; alibi eis ſimilia. Eademq; ſignificatione particulam Latinam *ſed*, usurpavit Svetonius, cum Octavii capite 38 dixit. *Sed neq; detrahi qvenqvam in transvehendo ab accuſatore paſſus eſt*: ubi ejusdem particulæ, non adverſativam, verùm copulativam acceptionem uſurpari, docet contextus.

12. *Salvum itaq;* manet, qvod eſt dictum: ſi verbis, *non amplius erit tempus*, angelus vellet ſignificare, nullum cujus juscunq; generis tempus, amplius fore, contradictio, eaq; plusqvam una in citatis apocalypticis adeſſet verbis. Hoc autem cum falſum exiſtat, neceſſum eſt prius, unde id ſeqvitur, eſſe itidem falſum: adeoq; ab angelo neutiqvam id dici. Neqvaqvam ergo angelus, in tubicinii ſexti jurejurando, ait affirmatq;, nullum cujuscunq; generis tempus, in ſexto aut ſeptimo tubicinio, de illis enim ſermo eſt, amplius fore: ſed tantum certi generis, non amplius fore in iis tempus. Qvalis autem generis id ſit tempus, qvod in iis negat amplius fore, qvanqvam nobis non neceſſe eſt definire, qvippe qvibus ſatis eſt argumentum propoſitum refuta-

futare: veriſimile tamen occurrit, eſſe id temporum genus, qvod in ſimili juramento prophetico Dan. 12. v. 7. tangitur: nempe eſſe regni antichriſtiani tempus. Nam ibi apud Danielem, ſimiliter vaticinando jurans angelus, manumq; ad cælum ſimiliter elevans, perq; viventem in æternum dejerans, de antichriſtiano regno ait; *per tempus tempora & dimidiatum tempus*, ſcilicet finis ejus differetur. Antichriſtianum autem tale, ſi in citatis a Markio ex Apocalypſeos capite decimo, admittitur tempus, ſententia juramenti, qva angelus apertum manu præferens librum jurat, non amplius fore tempus, hæcce erit: poſtqvam apertum manu præferre incepit librum, hoc eſt poſtqvam apocalypticarum prophetiarum ſpecialis pandi cæpit ſenſus, non amplius fore antichriſti regnantis ullum tempus, nempe nec unum, nec duo, nec dimidiatum: eaq; cuncta tempora tunc finem habitura eſſe. Ex eo autem minime, conſeqvitur, nullum omnino in ſeptimo tubicinio fore tempus, ſed ad ſummum hocce duntaxat, nullum regnantis antichriſti tunc amplius fore tempus. Conſtat itaqve primum Markii argumentum, nullius eſſe momenti efficaciæqve.

13. *Secundum* hoc ſit argumentum. *Tubicinia apocalyptica fieri ad mala annuncianda, ergo non fieri ad tempora diſcernenda, deſignandaq;.* Sed ad mala duntaxat annuncianda, fieri tubicinia, eſt petitio principii & merum poſtulatum. Tum & nihil im-

pedit, qvin res aliqva & tempora diſcernere & mala denunciare poſſit. Nam ſeptem vaccæ macilentæ, ſicut & ſeptem graciles ſpicæ, Pharaonis in ſomnio, tam ſeptem annos indicaverunt diſcreveruntq;, qvam etiam futuram in illis ſeptem annis famem. Atq; in ſomnio piſtoris Geneſ. 40. tres corbes, tam tres dies notabant, qvam ſupplicium ejusdem piſtoris, poſt tres futurum dies ſignificabant. Sic & ſeptem circa muros Herichuntis tubicinia, tum ſeptem dies in qvibus fiebant, ab invicem diſcernebant, tum & excidium urbis denotabant denunciabantqve.

14. *Tertium* hoc eſt argumentum. *Ideo in tubiciniis periodos eccleſiæ non depingi, qvod mala vel eorum initia, non ſoleant eſſe adeo ſolitaria, ut ſe mutuo per ſæculorum aliqvot intervalla demum excipiant.* Sed hujus argumenti fundamentum atq; principium eſt, apocalypſin in tubiciniis denunciare omnia mala, qvæ ſub Novi Teſt. fient tempore, atq; hoc ſæculorum intervallis ab invicem non diſtincta: Id qvod mere precarium, poſtulatumq; eſt. Tum etiam eſt omnino falſum. Nam qvod antea Schediasmatis ſecundi numero 4. eſt qvoq; dictum, oſtenſumq;, ea mala qvæ tam Veteri qvam Novo Teſt. fuere communia, apocalypſis non denunciat, ſed duntaxat ea, qvæ Novi Teſt. temporibus ſunt propria & peculiaria: & ne ea qvidem per partes omnes, ſed tantum ſummatim, ſive per ſummas proponit: qvarum ſummarum initia, uti experientia qvoq;

do-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

cet, ſæculorum qvoq; intervallis ſemet invicem conſeqvi poſſunt. Qvæ etiam mala apocalypſis in tubiciniis non proponit, ea in ſigillis aut epiſtolis proponit. Parallela enim & ſocii qvaſi, hîc ſunt tubicinia, ſigilla & epiſtolæ: qvodq; prænunciandum in uno horum non habetur, in reliqvis habetur: ut propterea de cunctorum qvæ prænuncianda ſunt, malorum calamitatumq; prædictione, ſolis ex tubiciniis, judicari qvoq; neutiqvam poſſit debeatqve.

15. *Qvartum* argumentum eſt. *Tubicinia non eſſe uniusmodi, itaq; non poſſe illis tempora deſignari. Inde autem liqvere, tubicinia non eſſe uniusmodi, qvod tria poſteriora tum graviora complectantur mala, tum latius explicentur, tum deniq; epiphonemate, hoc vel illud væ abiiſſe, ſint ſtipata.* Sed connexio nullius eſt momenti. Non enim neceſſe eſt, ut qvæ diverſi ſint modi, qvorumq; aliud alio aut gravius, aut fuſius & latius explicatur, aut aliter inter ſe variant, unam generalem temporum rationem ſingula non habeant: ſiqvidem grave & minus grave, latius & brevius & ſimiliter differentia, non ſtatim ex toto ſunt diverſa, & nullam communem naturam habentia: atq; magis & minus non variant ſpeciem, uti nec latius & fuſius, aliæq; ſimiles individuorum diverſitates. Immo tam levis & frivola eſt, hæc ratio ejusq; connexio, ut inverti qvoq; poſſit, ſic ut vere dicamus, ideo Novi Teſt. tempora tubiciniis hiſce poſſe deſignari, qvod tubicinia

uniusmodi non exiſtant? Nam cum tempora Novi Teſt. non fuerint uniusmodi, ſed alia aliis aut notabiliora aut graviora, aut aliter diſcrepantia, ideo tubiciniis qvoq; illis, qvæ unius modi non ſunt, aptiſſime indicari qveunt.

16 *Qvartum* argumentum eſt. *Ex periodorum doctrina, tubicinia ita explicari non poſſe, ut tria poſteriora qvatuor prioribus reperiantur graviora: ideo non credendum, tubiciniis tempora indicari.* Sed manifeſte falſa eſt aſſumtio. Nam qvinti tubicinii, qvod primum ex tribus eſt poſterioribus, plaga malumq; nempe locuſtæ ſunt monachi mendicantes: qveis nullum pejus usq; ad ipſorum tempora, malum Chriſtianus noverat orbis, ſicut ex eorum liqvet deſcriptione, apud *Clemangim* de corrupto eccleſiæ ſtatu, *Matth. Pariſium* in hiſtoria ſui temporis, *Wiclefum* in dialogis, *Uſſerium* de ſucceſſione eccleſiarum & *Hoſpinianum* de origine monachatus, aliosq;. Atq; ſexti ſive penultimi tubicinii malum, nempe qvatuor angeli apud Euphratem ſoluti, ſunt Jeſvitæ & Jeſvitiſati, vel Jeſvitarum artes aut caſtra ſeqventes: qvos gravius eſſe malum, qvam ullum antea in orbe fuit Chriſtiano, ex hiſtoria notum eſt, communisq; & Proteſtantium, & nonnullorum ipſismet ex pontificiis qverela. Atq; anni 1685. perſecutionem Gallicanam, qvæ maxima ex parte Jeſvitarum & Jeſvizantium conſiliis machinationibusq; debuit originem, priores omnes Chriſtianorum perſecutiones, qvæ inde ab eccleſiæ Chriſtianæ

usq; initio fuerunt, ſua acerbitate & diritate conſtat ſuperaſſe atq; viciſſe: de qvo vide notata in Phosphori apocalyptici recenſu numero 71. Deniq; in ſeptimi tubicinii malis, ut ex Apoc. 11. v. 18. liqvet, eſt qvoq; totius mundi interitus, qvo graviorem orbis terrarum impiorumq; plagam, antea unqvam haud extitiſſe, eſt confeſſum.

17. *Sextum* & ultimum Markii hocce eſt argumentum. *Ideo periodos in tubiciniis non eſſe admittendas, qvod iis admiſſis, neutiqvam omnia tubicinia ita poſſint exponi, ut de uno eodemq; agant ſubjecto.* Sed connexio falſa eſt: ſiqvidem tubicinia de uno eodemq; ſubjecto ne debent qvidem exponi: qvandoqvidem caſus qvos prænunciant, in ſe varii ſunt, & in unoq; & eodem non ſemper hæreant ſubjecto. Nam ſi illi caſus ita variant, tubicinia etiam, qvæ vaticinia qvædam de iisdem ſunt caſibus, ſimiliter variare debent, nec ſemper de uno eodemq; agere poſſunt ſubjecto. Refutata itaq; omnia ſpecialia Markii, contra tubiciniorum periodos ſunt argumenta. Generalia autem, qvæ tubiciniorum, ſigillorum & epiſtolarum periodos, ex æqvo oppugnant, poſtea in Schediaſmate decimo reperies confutata. Salvum itaq; manet, qvod eſt antea probatum, in ſeptem tubiciniis ſeptem eccleſiæ Chriſtianæ eſſe periodos. Id qvod eſt primum, qvod de tubiciniorum periodis erat probandum. Reliqvum de iisdem probandum, hocce erat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Septem tubiciniorum ſeptem periodos, eſſe totius eccleſiæ Chriſtianæ militantis, a ſui initio ad finem usq;, decurrentes ſeptem periodos, eandemq; in ſeptem chronicas dividere portiones.

18. Hoc anteqvam probari poſſit, duo illuc neceſſaria præmittemus, eaq; confirmabimus: Unum eſt, ſeptem tubiciniorum primum, ejusq; periodum, ab eccleſiæ Chriſtianæ incepiſſe initio. Alterum autem, tubicinium ultimum ſive ſeptimum, ejusq; periodum, in fine mundi eccleſiæq; militantis deſiiſſe. Incipiemus autem a poſteriori, deinde ad prius perventuri. Illud autem poſterius, ſive ſeptimi tubicinii periodum, in fine mundi eccleſiæq; militantis deſinere, verum eſſe partim inde liqvet, qvod angelus Apoc 10. juret, in diebus tubicinii ſeptimi, myſterium Dei, qvod ſervis ſuis prophetis annunciavit, iri completum. Myſterio enim illô Dei completô & conſummato, mundi qvoq; ætas completa erit & conſummata, eccleſiaq; militans amplius non erit, ſed mere & ex toto triumphans. Partim etiam idem inde liqvet, qvod Apoc. 11. v. 18. in eodem ſeptimo tubicinio, tandem dicatur, adveniſſe tempus mortuorum judicandorum, nec non tempus mercedis dandæ, ſervis Dei tam parvis qvam magnis: & perdendi eos qvi perdidere terram. Hoc enim tempus, eccleſiæ militantis eſt extremum tempus, & cum itidem eccleſia, amplius non erit

mi-

militans, ſed ex toto triumphans, mundusq; finem habebit. Tunc enim mortui reſurgent, & unicuiq; ſua dabitur merces. Manifeſtum ergo eſt, usq; ad mundi & eccleſiæ militantis finem, poſtremum durare tubicinium: ideoq; in fine duntaxat mundi eccleſiæqve militantis finiri. Eodemq; etiam nonnulli revocant, qvod 1. Cor. 15. v. 52. Paulus de reſurrectione & fine mundi loqvens, dicit, nos omnes in puncto, in ictu oculi & in ultima tuba, vel in ultimo tubicinio eſſe immutandos.

19. Tantum de poſteriore. Qvod autem ad prius, ſive tubicinium primum, ejusq periodum, ab initio eccleſiæ Chriſtianæ incepiſſe, attinet, & paulo latiore tractatione proponetur: verum id eſſe, primum inde probatur, qvod in generali tubicinio- rum initio, Apocalypſeos capite octavo, angelus repræſentetur aræ aſtans, aureumq; in manu habens thuribulum, eidemq; multa ad preces ſanctorum dentur ſuffimenta. Nam illud in exordio eccleſiæ Chriſtianæ eſt omnino factum. Angelus enim ille, velut potiores qvoq; interpretes ſtatuunt, eſt Chriſtus, ut Novi Teſt. ſummus ſacerdos Deo homines reconciliaturus. Thuribulum enim aureum in manu habens ſummus ſacerdos, in præcipuo actu placandi Deum, qvi die expiationis fiebat erat plerumq; conſtitutus, reconciliandisq; Deo hominibus operam dans, in eo qvoq; erat, ut ultra velum, ceu eſt Levit. 16. in ſancta intraret. Atq; Chriſtum initio qvoq; eccleſiæ Chriſtianæ vel Novi

Teſt. ut ſummum Novi Teſt. ſacerdotem, reconciliandis Deo hominibus operam dediſſe, & tandem moriendo ſuummet per ſangvinem intraſſe in ſancta ſanctorum, æternâ redemtione inventâ, extra controverſiam eſt, & in epiſtola qvoq; ad Hebræos traditur. In initio qvoq, eccleſiæ Chriſtianæ, Chriſto ſuffimenta multa, ad preces ſanctorum ſunt revera data, idq; ſive ea ſuffimenta de meritis, ſive potius de Spiritus S. interpreteris donis. Utraq; enim Chriſtus initio eccleſiæ Chriſtianæ accepit. Potior autem & veriſimilior ſententia eſt, ſuffimenta illla, Græce θυμιάματα, eſſe Spiritus S. dona, qvæ in diebus carnis Chriſto data, a Chriſto ad ejus permanare debebant membra: veluti oleum Pſalmo 133. in Aronis effuſum caput, ad cætera ejus manavit membra: & ſpiritus qvi erat in Moſe, Num. 11. v. 17. & 25. ad ſeptuaginta qvoq; ſeniores pervaſit. Et Johannes evangelii capitis 1. v. 16. ait, ex Chriſti plenitudine, nos omnes gratiam pro gratia accipere. Qvod autem veroſimile ſit, ea ſuffimenta Chriſto data, eſſe Spiritus S. dona, ſic oſtenditur. Suffimenta in apocalypſi, aut preces notant ſanctorum, ut in verbis cap. 5 v. 8. Phialæ aureæ plenæ ſuffimentis, qvæ erant preces ſanctorum: aut notant certa dona, qvæ potiſſimum operantur & efficiunt preces ſanctorum, ut in hoc tubiciniorum exordio: dicuntur enim hic ſuffimenta illa dari Chriſto, ut ea det precibus ſanctorum.

Dona

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Dona autem illa qvæ potiſſimum efficiunt preces ſanctorum, ſunt ut notum eſt Spiritus S. dona. Nam Zach. 12. v. 10. Spiritus S. dicitur Spiritus gratiæ & precum. Et Paulus Gal. 4. v. 6. Deum ait, miſiſſe ſpiritum filii ſui in corda noſtra clamantem Abba pater. atq; Rom. 8 v. 15. nos accepiſſe Spiritum adoptionis, per qvem clamamus abba pater: nec non v. 26. Spiritum S. opitulari infirmitatibus noſtris: nos enim neſcire precari ſicut oportet: ipſum autem gemitibus ineffabilibus intercedere pro nobis, eumq; qvi ſcrutatur corda, ſcire ſenſum Spiritus, qvodq; apud Deum pro ſanctis intercedat. Item 1. Cor. 12. v. 3. neminem ſine Spiritu Sancto poſſe Jeſum vocare Dominum: & v. 11. de omnibus in univerſum fidelium charisma-tibus boniſq; motibus, unum eundemq; Spiritum hæc operari omnia. Huc accedit, qvod illa ſuffimenta, neceſſe ſit eſſe aliqvid, in ſcripturis & particulatim in evangeliis, initium eccleſiæ Chriſtianæ hiſtorice tradentibus, memoratum, qvod ſit Chriſto datum, & ſimul precum proxima cauſa exiſtat: nullumq; in evangeliis occurrat aptius huc qvadrans qvam Spiritns S. & ejus dona; qvippe qvi Spiritus S. in ipſo Chriſti baptiſmo, adeoq; initio miniſterii memoratur in Chriſtum veniſſe, idq; viſibiliter qvoq;, & modo maxime ſolenni, dum ſciſſis cælis & patre dicente, hic eſt filius meus in qvo mihi complacuit, idem Spiritus Sanctus ex cælo, in viſibili ſpecie columbæ, dicitur deſcendiſſe in Chriſtum pre-

cantem, manſiſſeq; in illo, ceu ex Matth. 3. v. 16. & 17. Marc: 1. v. 10. & 11. Luc. 3. v. 22. nec non Joh. 1. v. 32. &. 33. eſt manifeſtum. Eoq; etiam pertinet, qvod Lucas capitis 4. verſu 1. dicit, Chriſtum Spiritu S. plenum de Jordane, adeoq; de baptismo eſſe reverſum. Hæc ſunt qvæ ſvadent, ſuffimenta illa eſſe Spiritum S. ejusq; dona. Et ſimilitudo qvoqve ſuffimentorum congruit. Nam ut corporea ſuffimenta ſive odoramenta, gratum faciunt & de ſe ſpargunt odorem: ſic dona Spiritus S. pias in fidelibus ad Deum excitant preces, qvæ preces ſunt qvaſi gratus coram Deo odor vel fragrantia, ut propterea aromatum incenſorum fumo, tum hocce in tubiciniorum exordio, verſu 8., tum Pſalmo 141. v. 2. comparentur.

20. Neq; obſtat, in eodem exordio verſu 4. memorari, angelum ex igne altaris ſumſiſſe & in terram miſiſſe. Nam non ideo ſuffimenta hæcce oſtenduntur non eſſe Spiritus S. dona: altaris enim ignis illic non eſt Spiritus S., ſed verbum Dei, qvod etiam figurate dicitur ignis, uti in dictis Jer. 23. v. 29. Nonne verbum meum ut ignis? & Jer. 5. v. 14. Ponam verba mea in ore tuo ut ignem. Et in eo verbum Dei altaris eſt ignis, qvod in ore qvoq; ſit docentium, qvi in apocalypſi, ceu Schediasmate 3. ad vocem altare eſt oſtenſum, figurate nomine aræ ſive altaris deſignantur qvoqve. Qvod verò nonnulli negent, Spiritum S. & ejus dona Chriſto qvoq; in baptismo revera eſſe collata, idq; ideo,

qvod

qvod Coloſſ. 2. v. 9. omnis plenitudo deitatis in Chriſto, inhabitare dicatur, ad id deinceps, numero 25. & 26. eſt reſponſum. Liqvet ergo, qvæ ex tubiciniorum exordio, tanqvam in tubicinio primo facta, antea ſunt citata, revera in exordio eccleſiæ Chriſtianæ eſſe geſta. Idem etiam de reliqvis, illo in tubiciniorum exordio commemoratis ſi id neceſſe eſſet, monſtrari qviret. Qvia autem iſta in exordio tubiciniorum, adeoq; & tubicinii primi exordio repræſentata, in exordio eccleſiæ Chriſtianæ revera reperiuntur facta, neceſſario inde conſeqvitur, idem tubicinium primum in eccleſiæ Chriſtianæ exordio incepiſſe.

21. Idemq; ex ipſomet eodem tubicinio primo probari qvoq; poteſt. Ejus enim tubicinii grando, ut Schediasmatis XI. num. 8. monuimus qvoq;, primitivæ eccleſiæ afflictiones & perſecutiones deſignat. Eæ autem, ceu ibidem numero 18. eſt monſtratum, ſtatim ut ipſa primitiva eccleſia exiſtere cæpit, ſuum habuerunt exordium. Conſtat ergo tubicinium primum, ab ipſo eccleſiæ Chriſtianæ exordio incepiſſe. Idq; etiam veteres tradidere. *Hugo* enim *Cardinalis* in Apoc. 8. *primam tubam ab exordio renaſcentis eccleſiæ incipere ait.* Atq; *Dionyſius Carthuſianus* ſive *Rickelus, Dicunt*, inqvit, *doctores catholici, hôc locô* (nempe Apoc. 8. ubi de tubiciniorum adeoq; & tubicinii primi agitur initio) *ſtatum & curſum eccleſiæ plenius qvaſi a principio demonſtrari atq; conſcribi.* Sic illi.

22. Sed hic qvoq; ſolvenda objectio contraria; qvæ eſt hæcce: *Apocalypſeos ſcopum, primariumq; inſtitutum eſſe, ut prænunciet ea, qvæ Johannis apoſtoli, apocalypſin ſcribentis tempore adhuc eſſent futura: itaq; tubicinιorum, reliqvarumq; imaginum periodos, non incipere in exordio eccleſiæ Chriſtianæ: qvandoqvidem eo ab exordio, usq; ad tempus qvo apocalypſis eſt ſcripta, non minus qvam ſexaginta interceſſerunt anni.* Hactenus objectio. Sed licet apocalypſeos primarius ſcopus inſtitutumq; exiſtat, ea denunciare, qvæ ab illo usq; tempore, qvô apocalypſis ſcribebatur, erant poſtea futura: tamen non ideo neceſſe fuit, ut nihil aliud admiſceretur: ſiqvidem in libris & ſcripturis, præter ea qvæ primarium faciunt inſtitutum ſcopumq;, ea etiam qvæ acceſſoria ſunt, illiq; ſcopo primarioq; inſtituto ordinando aut illuſtrando inſerviunt, adjungi etiam poſſunt ſolentq;. Atq; ſic apocalypſis, addit qvoq; Aſiaticarum eccleſiarum, qvales non olim futuræ erant, ſed jam actu aut erant aut fuerant deſcriptionem: qvippe eò inſervientem, ut Aſiaticæ illæ eccleſiæ typi eſſent ſeptem generalium eccleſiarum, qvæqve, nempe 7. generales eccleſiæ aut totæ, ut pleræq; omnes, aut majori ſaltem ex parte, veluti earundem prima, adhuc erant, futuræ. Immo & Johannes Apoc. 1. v. 19, non tantum ea qvæ futura erant, ſed etiam qvæ exiſtebant, immo & qvæ viderat, inter qvæ erant qvoq; præterita, ſcribere jubetur qvoqve. Cujus eadem eſt cauſa, nempe ut ejusmodi acceſſoria

ſive

ſive ſint præſentia ſive præterita, ad futurorum, qvæ ipſam rem negotiumq; complectuntur, aptiorem propoſitionem repræſentationemq; facerent conducerentq;. Similisq; acceſſoria res, qvam primario inſtituto negotioq;, addere utile fuit, eſt qvoq; periodorum initium: itidemq; eô facit, ut principale negotium, futurorum nempe vaticinia, tum eo melius intelligantur, tum eô ordinatius digerantur diſponanturqve: & velut cujusvis paginæ conſcribendæ margines oræq; faciunt, ut qvæ in ea ſunt conſcribenda exarandaq;, hoc ordinatius convenientiusq; conſcribantur exarenturq;. Objectione ergo non obſtante, ſalvum manet ratumq;, qvod eſt antea comprobatum, tubicinium primum ejusq; periodum, eccleſiæ Chriſtianæ initio incepiſſe.

23. Reſtat modò qværendum, qvando factum ſit illud eccleſiæ Chriſtianæ principium, qvod ſimul tubicinii primi fuit principum initiumq;. De qvo ea qvæ veriſimiliora & tutiora videntur, ſeqventibus comprehendemus pronunciatis. *Primum* pronunciatum. *Principium eccleſiæ Chriſtianæ qvod ſimul tubicinii primi fuit principium, non exſtitit ante miniſterii Chriſti initium.* Sive qvod idem eſt, tubicinium primum ante Chriſti miniſterium, non incepit. Id autem verum eſſe inde probatur, qvod ante Chriſti miniſterium, nulla Chriſtiana incepta fuerit eccleſia, ſed Judaica modo tunc exſtiterit. Chriſtus enim ſuo miniſterio demum incepto, Chriſtianos fecit homines; qvippe, ut eſt Act. 1. v. 22.

a Jo-

a Johannis baptiſmo, cum diſcipulis ingredi & egredi incipiens. Si autem ante miniſterium Chriſti, Chriſtiana incepta non fuit eccleſia, neq; ejus initium ante miniſterium Chriſti fuit, & cum eccleſiæ Chriſtianæ initium, ante Chriſti miniſterium ſimpliciter non fuerit, illud qvoq; eccleſiæ Chriſtianæ initium, qvod ſimul tubicinii primi fuit initium, ante Chriſti miniſterium non fuiſſe eſt neceſſe: maxime cum apocalypſis adeoq; & tubicinia, eccleſiæ non Judaicæ ſed Chriſtianæ res & negotia perſeqvantur.

24. Qvod autem hic contra objicitur, & alicujus videri poſſit momenti, hocce exiſtit: *Chriſtum ab ipſa ſtatim conceptione & nativitate, Spiritu ſancto & ejus donis eſſe inſtructum ornatumq;: itaq; ſuffimenta, qvæ in generali tubiciniorum exordio, Chriſtus in preces ſanctorum accepiſſe dicitur, eſſe ea Spiritus S. dona, qvæ a conceptione & nativitate, adeoq; diu ante ſuum miniſterium accepit: & propterea tubicinium primum, cujus iſta a Chriſto accepta ſuffimenta, inter alia eſt character qvidam, jam diu ante Chriſti miniſterium exſtitiſſe.* Ad cujus objectionis ſolutionem, non diſputabimus, in Chriſtumne embryonem aut infantem, illuſtris illa accipientis ſuffimenta repræſentatio, qvadret conveniatq;: nempe qva ut aræ aſtans exhibetur, aureumq; thuribulum manu tenens, adeoq; in ſolenniſſimo Deum placandi conſtitutus actu: ſiqvidem ſummus ſacerdos, & non alius, in die expiationis ſolenniſſimam præcipuamq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

faciens placationem, thuribulum ita in manu tenebat: iſta inqvam & alia ſimilia in repræſentatione illa non disqviremus. Id ſatis erit notaſſe, objectionis hujusce fundamentum, Chriſtum non niſi in conceptione & nativitate, Spiritu S. & ejus donis eſſe inſtructum, ruinoſum eſſe ac falſum. In miniſterio enim Chriſtus, revera qvoq; Spiritum S. & ejus dona accepit, dum nempe Spiritus S. in baptismo viſibiliter ſpecie columbæ & ſciſſis cælis, ceu antea num. 19. eſt oſtenſum, deſcendit ſuper ipſum.

25. Neq; enim is Spiritus Sancti ſuper Chriſto deſcenſus, mera qvædam viſio, ut nonnulli putarunt exſtitit: ſed verus Spiritus Sancti in Chriſtum qvanqvam viſibili in imagine, fuit adventus qvidam, vel ut etiam veteres locuti ſunt, ſuperventus: & adjunctam habebat Spiritus Sancti permanſionem qvandam in Chriſto, qvæ ipſum vere ſuis inſtruxit donis. Nam Johannes evangelii capite 1, v. 32. & 33. eundem memorans Spiritus Sancti deſcenſum, ait Spiritum S. deſcendiſſe ſuper Chriſtum, & manſiſſe ſuper illo. Atq; Lucas, capitis qvarti verſu 1. ait, Jeſum Spiritu S. plenum, de Jordane ideoq; de baptismo revertiſſe. Tum & ille Spiritus Sancti deſcenſus ſuperventusq;, unctio qvædam fuit, qva ſuum ad miniſterium Chriſtus eſt inunctus. Ideoq; eum adventum reſpiciens, apud Danielem capite 9. angelus, ſanctum ſanctorum id eſt Meſſiam intra decurſum ſeptuaginta hebdomadum

fore ungendum ait: Et apud Eſaiam capite 61: eodem de Spiritus Sancti ſuperventu prædixerat Meſſias. Spiritus Domini ſuper me: ideo unxit me, ut evangelizem pauperibus & ſanem contritos corde. Ea qvæ verba *Chemnitius* Harmoniæ Evangelicæ capite 17. dicit explicare, *qvæ fuerit forma vocationis & miſſionis Chriſti, cum Spiritus Sanctus* (in baptiſmo) *deſcenderet ſuper ipſum, neq; explicationem hanc eſſe dubiam, cum ſit ipſiusmet Chriſti, Lucæ 4. verſu* 18. Atq; ſuperventum illum, revera unctionem Chriſti fuiſſe, agnoſcit qvoq; *Gerhardus* in Exegeſi, cum loco de myſterio Trinitatis, numero 81. *Spiritus* inqvit *Sanctus ſuper Chriſtum viſibiliter deſcendit, eumq; inviſibiliter unxit ut annunciaret captivis indulgentiam, clauſis apertionem. Eſa. 61. v.* 3. Sic illi. Si autem Chriſtus eô Spiritus S. ſuper eum deſcenſu eſt inunctus, utiq; idem Spiritus Sancti ſuper eum deſcenſus, vera omnino ejusdem Spiritus Sancti fuit actio, qva Chriſtus ab hoc tempore, eodem Divino Spiritu eſt peculiari modo donatus, & inſtructus. Nam ſic alias qvoq; ungendi vox accipitur: ut in verbis 2. Cor. 1. v. 21. Qvi unxit nos Deus. Pſ. 45. Unxit te Deus oleo lætitiæ, & Act. 10. v. 38. Jeſum Nazarenum Deus unxit Spiritu S. & virtute. Et eapropter *Joh. Gerhardus*, Locorum Theologicorum tomo I. ubi de Spiritu Sancto agit, numero 38 in hoc Spiritus Sancti *ſuper Chriſtum* deſcenſu, *dona Spiritus S. in Chriſto etiam qvoad habitualem & ſubjectivam inhærentiam*, ait *eſſe adaucta*. Atq; *Calovius* in

Apo-

Apodixi articulorum pag. 93. idem reſpiciens dicit, ſpiritum ſanctum ita in *baptiſmo veniſſe ſuper Chriſtum, ut eum cœleſtibus, inſtrueret donis.* Et pag. 132. finem ἐπελεύσεως *hujus fuiſſe inſtructionem Chriſti per dona, cumq; finem Eſa. 61. v. 1. Pſalm. 45. v. 6. Eſ. 11. v. 2. & Joh. 3. v. 34. luculenter tradi.* Sic illi. Conſtat itaq; Chriſtum in baptiſmo, adeoq; initio miniſterii, revera donis Spiritus S. eſſe donatum atq; inſtructum, idq; maxime illuſtri & ſolenni modo, uti eſt oſtenſum.

26. Neq; his obſtat, Col. 2. v. 9. *dici, omnem deitatis plenitudinem* (σωματικῶς) *perſonaliter habitaſſe in Chriſto: id autem in ipſa conceptione & nativitate itidem incepiſſe: itaq; in baptiſmo, nulla Spiritus Sancti dona acceſſiſſe Chriſto.* Hoc inqvam non obſtat: ſiqvidem falſa eſt connexio. Nam etiamſi omnis plenitudo deitatis, ab ipſa conceptione & nativitate habitavit in Chriſto, tamen nihiloſecius Spiritus Sancti donis, in baptiſmo, veluti jam eſt probatum, unctus eſt inſtructusq;. Et allegatum ex loco Colloſſ. 2. dictum, nihil ad rem facit. Nam non loqvitur de omni deitatis plenitudine, aut abſolute, aut particulatim, qvatenus eſt in Spiritu Sancto, ſed duntaxat, qvatenus eſt in filio, nempe qvatenus deitas filii perſonaliter unita eſt cum humana Chriſti naturâ. Itaq; *Ægidius Hunnius* ad Coloſſ. 2. iis de verbis, *Deitas*, inqvit, *hic non abſolute ſed relate capitur. Qvamvis enim Deus pater & Spi-*

ritus Sanctus, etiam habitant in Chriſti humanitate, idq; modô incomparabiliter ſublimiore, qvam in beatis angelis & ſanctis hominibus: tamen quia ſubjecta particula σωματικῶς, ad incarnationis refertur myſterium, palam eſt de perſonali inhabitatione ſermonem inſtitui, & deitatem hoc apoſtoli dicto nobis inſinuari, prout ſub ſolius filii perſona ὑποστατικῶς determinatur, & proinde qvicquid hîc enumerat apoſtolus, pertinere ad perſonam filii. Sic ille. Atq; perſonalem duntaxat Dei filii unionem, cum humana natura hîc intelligi, alii qvoqve dicunt Theologi, nominatim *Gerhardus* in Exegeſi, locô de perſona Chriſti, numero 149., & commentario in epiſtolam ad Coloſſenſes, ad hæc citata verba: nec non in eundem locum *Pruknerus* in Vindiciis Biblicis: atq; *Matth. Hoeus* in Apoc. 5. Commentarii libro 2. pag. 320. juxta ac *Glaſſius* Philologiæ libro 5. tractatus 1. capite 7. pag. 101. Cum itaq; dictum hocce ad Coloſſ. 2., de filii Dei perſonali cum humana natura unione, agat duntaxat, manifeſtum eſt, illud ad rem præſentem, de Spiritus S. deſcenſu ſuper Chriſtum in baptiſmo, nihil omnino facere pertinereq;: qvandoqvidem Spiritus S. nec incarnatus eſt, nec perſonaliter cum humana Chriſti naturâ unitus. Salvum igitur manet, qvod eſt antea probatum, Chriſtum revera qvoq; in baptiſmo, adeoq; initio miniſterii, Spiritus S. accepiſſe dona: adeoq; falſum eſſe, qvod in ſola conceptione & nativitate ea acceperit: & propterea argumen-

gumenti vel objectionis contrariæ fundamentum, nullius eſſe momenti: firmumq; perſtare, qvod eſt antea poſitum probatumq;, tubicinium primum ante miniſterium Chriſti neutiqvam eſſe inceptum. Hactenus de pronunciato primo.

27. *Secundum* pronunciatum. *Tubicinium primum non incepit poſt miniſterium Chriſti finitum, ſed eodem miniſterio adhuc durante.* Nam uti numero 19. & 20. antea eſt probatum, incipiente eccleſia Chriſtiana incepit: Chriſtiana autem eccleſia, aliqvot annis ante finitum Chriſti miniſterium incepit, nimirum ipſo primo miniſterii Chriſti anno, & qvamprimum diſcipulos vocare ad docendumq; emittere cœpit. *Deinde* idem tubicinium, uti numero 21. eſt oſtenſum, Chriſtianorum perſecutione incipiente incepit. Ea autem perſecutio, uti Schediaſmatis 11. numero 18. eſt probatum, circa initium miniſterii Chriſti, adeoq; omnino ante finem ejus incepit.

28. *Tertium* pronunciatum. *Tubicinium primum non incepit in tempore pentecoſtes proximæ, poſt aſcenſionem Chriſti in cælos.* Nam non incepit poſt finitum Chriſti miniſterium, ſicut in proxime ſuperiore pronunciato eſt oſtenſum, ſed miniſterio eodem adhuc durante: idemq; miniſterium in pentecoſte illa non amplius durabat, qvippe diu ante pentecoſten illam, nempe ipſa in morte Chriſti eſt finitum. *Deinde* ſi in pentecoſte illa, tubicinium primum ejusq; periodus incepiſſet, prima periodus Chriſti-

ana, non niſi 291. aut 292. annorum exſtitiſſet: ſiqvidem pentecoſte illa, juxta plerosq; chronologos, ipſamq; etiam rei veritatem, anno æræ Chriſtianæ trigeſimo tertio, eſt facta, & prima periodus Chriſtiana, ſecundum ea qvæ in Phosphori apocalyptici recenſu, numero 7. & ſeqventibus ſunt oſtenſa, in morte Licinii adeoq; æræ Chriſtianæ anno 324. eſt finita. Et ſi prima periodus Chriſtiana, non eſſet niſi annorum 291. aut 292, qvælibet qvoq; ſex priorum perodorum, qvandoqvidem æqvales exiſtunt, eandem annorum haberet numerum qvantitatemq;. Id qvod admitti non poteſt, ſiqvidem juxta ea qvæ Schediasmatis 6. num. 15. & Schediasmatis 11. numero 25. ſunt oſtenſa, numerus annorum qvo periodus qvæq; conſtat, tam per ſex qvam per ſeptem exacte dividi poteſt. Id qvod neq; in numerum 291. neq; in numerum 292. qvadrat convenitq;: qvippe qvorum uterq; eam reſpuit diviſionem. *Deniq;* tubicinium primum, uti antea numero 19. & 21. eſt probatum, una cum eccleſia Chriſtiana, ejusq; initio incepit. Chriſtiana autem eccleſia, ſive Chriſtiani vel Chriſti diſcipuli, ante pentecoſten illam omnino fuerunt. Et Paulus 1. Cor. 15 v. 6. de Chriſti reſuſcitati apparitione, ante ejus aſcenſum in cælos, adeoq; ante pentecoſten illam loqvens, dicit Chriſtum una vice, apparuiſſe plus qvam qvingentis fratribus: id eſt Chriſtianis: nam, qvod ex Actis apoſtolicis liqvet, Chriſtiani primitus ſunt appellati fratres. Immo & primo miniſterii Chriſti anno erant Chri-

ſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſtiani ſive Chriſti diſcipuli, qvandoqvidem Chriſtus eodem primo miniſterii anno, & ſtatim poſt tentationem ſatanæ in deſerto, velut ex evangeliis conſtat, diſcipulos vocavit, inſtituitq;. Conſtat ergo, tubicinium primum, illa in pentecoſte neutiqvam incepiſſe. Neq; aliud ex eo ſeqvitur, qvod in generali tubiciniorum exordio Apoc. 8. tandem memoretur, angelum aræ aſtantem, id eſt Chriſtum, de igne altaris repleviſſe thuribulum, & projeciſſe in terram, ſicq; factas eſſe voces tonitrua & fulgura, id eſt evangelii prædicationem per idemq; evangelium illuſtrationem. Nam projectio illa ignis in terram, qvæ videtur eſſe miſſio evangelii & verbi divini in terras, non eſt tubicinii primi negotium omnium primum, ſed unum ex iis qvæ conſeqvuntur primum. Præcedit enim ſuffimentorum donatio, ea qvæ donatio, juxta datam antea numero 19. & 24. interpretationem, in ipſo baptismo Chriſti, adeoq; initio miniſterii facta eſt. Adeoq; projectio illa ignis in terram, magis ad progreſſum primi tubicinii pertinet, qvam ad ipſum ejus primum articulum, exactiusq; & ſtrictius initium.

29. *Qvartum* & ultimum pronunciatum. *Tubicinium primum, non in ultimo miniſterii Chriſti anno incepit, ſed in primo.* Cœpit enim, ut numero 19. & 21. eſt oſtenſum, qvam primum eccleſia Chriſtiana cæpit. Ea autem primo miniſterii anno incepit, ſiqvidem in eo etiam anno, uti Harmoniarum evangelicarum ſcriptores, docent qvoq;, Chriſtus diſcipulos, adeoq;

Chriſtianos vocavit fecitq;. In eodem qvoq; primo anno, Chriſtus publicus Novi Teſt. ſacerdos ad qvod Apoc. 8. in tubiciniorum exordio mentione thuribuli reſpicitur, palam & publicitus eſt declaratus, patre in baptismo cælitus dicente, hic eſt filius meus, in qvo mihi complacuit. In eodemq; anno ſuffimenta ibidem memorata, ut videtur, accepit, Spiritu S. in viſibili columbæ ſpecie ſuper ipſum deſcendente. Tunc etiam ſolenniſſimum ſuum actum placandi Deum, inchoavit; incipiendo graviores ſubire paſſiones, ſimulq; fidem in præſentem jam Meſſiam, ſine qva fide nemo Deo placere, ulliusq; pro peccatis ſatisfactionis particeps fieri poteſt, per evangelii prædicationem miraculaq; plantare exordiendo. Si etiam non primo, ſed ultimo miniſterii anno, tubicinium primum incepiſſet, tunc anno æræ Chriſtianæ trigeſimo tertio, idem tubicinium incepiſſet, ſiqvidem eô annô juxta potiores & pleroſq; chronologos, mortuus eſt Chriſtus: & ſic oreretur, qvod in explicatione pronunciati tertii, memoratur qvoq; inconveniens, ſex priorum periodorum Chriſtianarum qvamvis, aut 291. aut 292. annis conſtare duntaxat. Id qvod ibidem oſtenditur admitti neqvaqvam poſſe. Relinqvitur itaq;, tubicinium primum, omnino in primo miniſterii Chriſti anno incepiſſe. Neq; huic obſtat, ſolenniſſimam Dei placationem, qvæ a Chriſto in miniſterio eſt facta, ultimo ejusdem miniſterii anno, eſſe conſummatam: ut ideo ad Hebræos dicatur, Chri-

ſtum

ſtum per ſuum ſangvinem in ſancta introiſſe, æternâ redemtione inventâ: & ſine ſangvinis effuſione peccatorum non fieri remiſſionem, ideoq etiam *Brochmannus* in Syſtemate, loco de officio Chriſti capitis 6. qvæſtione 9. noſtros Theologos, vere affirmet contendere, Chriſtum ob ſacrificium in ara crucis peractum proprie dictum eſſe ſacerdotem. Hoc inqvam non obſtat: ſiqvidem placatio illa, non eodem anno qvô conſummata eſt, incepit. Aliqvot enim annorum moram habuit. Ideoq; de placationem hanc repræſentante angelo cum thuribulo, recte *Hofmannus* Chronotaxeos capite 6 pag. 70, *angelum cum thuribulo, totum tempus miniſterii in terris peracti figurare.* Sic ille. Duabusq; ſolennior illa placatio Dei per Chriſtum, verſabatur in actibus: qvarum una erat remotio obſtaculi impedientis fructum placationis, ſive qvò minus qvis particeps fieri reconciliationis cum Deo poſſit: nempe remotio incredulitatis vel plantatio fidei: ſiqvidem ut eſt Rom. 3. Deus Chriſtum conſtituit propitiatorium in ſangvine ejus per fidem: eaq; conditione ut eſt Joh. 3. ipſum pro mundo tradidit, ut omnis qvi credat in eum non pereat, ſed vitam æternam habeat. Qvam remotionem obſtaculi, fideiq; plantationem, ſtatim initio miniſterii ejusq; primo anno, certum eſt Chriſtum laboraſſe efficere, protinus jubendo credi evangelio, ut eſt Marci. 1. Altera functio erat placatio ipſa & pro peccatis per paſſionem & mortem Satisfactio. Nam ſine Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſti, per paſſionem & mortem ſatisfactione pro peccatis, nulla omnino fieri potuit remiſſio peccati. Chriſtus enim ſuâ paſſione, gratiam Dei & condonationem peccatorum meruit nobis. Itaq; Lucæ 24. dicitur, oportuit Chriſtum pati & ſic ingredi in ſuam gloriam: atq; Heb. 2. v. 10. ſalutis noſtræ principem per paſſiones decuit conſummari. Atq; hanc qvoq, placationis functionem, qvanqvam non niſi morte conſummabatur, certum tamen eſt ſub initium miniſterii, adeoq; primo ejus anno incepiſſe. Nam mox ut baptiſatus erat Chriſtus, a Diabolo eſt tentatus, & ut præda atq; rapina qvædam huc illuc vectus. Et deinde ab impiis hominibus ſatanæq; organis perqvam vexatus afflictusq;, atq; in prima qvoq; ſua prædicatione Nazarethi, a civitate eadem, ut eſt Luc. 4. v. 29. expulſus, ad cacumenq; montis ductus, ut inde præceps daretur. Neutiqvam ergo obſtante illo qvod objiciebatur, ſalvum & ratum manet, tubicinium primum ejusq; periodum, anno miniſterii Chriſti primo incepiſſe. Id qvod erat oſtendendum.

30. Utrumq; itaq; eorum, qvæ principali negotio diximus eſſe præmittenda, eſt probatum, nempe tum tubicinium primum ejusq; periodum, in eccleſiæ Chriſtianæ militantis initio incepiſſe: tum etiam tubicinium ſeptimum ſive ultimum, ejusq; periodum in eccleſiæ ejusdem Chriſtianæ militantis mundiq; fine deſinere & ceſſare demum. Qvibus ita poſitis probatisq;, ipſummet princeps qvoq; ne-

goti-

gotium, qvod erat probandum demonſtrandumq; facile probatur, nempe ſeptem tubiciniorum ſeptem periodos, eſſe totius eccleſiæ Chriſtianæ militantis, ad finem ejus usq; decurrentes deriodos, eandemq; in ſeptem chronicas dividere portiones. Nam ſi, ut demonſtratum eſt, initium eorundem & particulatim tubicinii primi, eſt eccleſiæ Chriſtianæ militantis initium, & finis eorundem ſive tubicinii ſeptimi finis, eſt etiam eccleſiæ Chriſtianæ militantis finis: utiq; rationi conſentaneum eſt, ſeptem tubicinia, adeoq; ipſorum qvoq; periodos, eſſe totius eccleſiæ Chriſtianæ ſeptem periodos, eandemq; in ſeptem chronicas ſive temporarias dividere partes. Qvippe cum prima tubiciniorum periodus, eccleſiæ Chriſtianæ initio incipiat, & ultima in ejusdem eccleſiæ Chriſtianæ fine deſinat, neceſſe eſt primi tubicinii periodum, complecti primam eccleſiæ Chriſtianæ ætatem, & ultimi tubicinii periodum complecti ultimam ejusdem eccleſiæ ætatem. Et ſi primi tubicinii periodus, primam eccleſiæ complectitur ætatem, & ultimi ultimam: utiq; etiam intermediorum tubiciniorum periodi, maxime Scripturâ contrarium non docente, intermedias qvoq; eccleſiæ Chriſtianæ ætates, merito ſtatuuntur complecti: adeoq; in ſeptem tubiciniis, recte qvoqve ſtatuitur, totius eccleſiæ Chriſtianæ ſeptem eſſe periodos, qvæq; eandem totam, in ſeptem chronicas ſivè temporarias dividunt partes portionesqve. Id qvod erat demonſtrandum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

31. Sed ſunt qvi hic objiciunt, videri inter qvædam tubicinia eorumq; periodos, eſſe intervalla: ſiqvidem qvarto in tubicinio Apoc. 8. v. 13. Johannes, angelum in meſuranemate ſive medio cæli, volantem audit dicere, *væ, væ, væ habitantibus in terra a vocibus reliqvis tubæ, trium angelorum tubâ cantaturorum*: & in fine tubicinii qvinti Apoc. 9. v. 12. dicitur, *væ primum abiit, ecce ſeqvuntur adhuc poſt hæc væ duo*: nec non in fine tubicinii ſexti Apoc. 11. v. 14. *Væ ſecundum abiit, ecce væ tertium cito venit*. Verum qvod ex hiſce citatis dictis, colligi de intervallis poteſt, eſt ad ſummum hocce: inter tubiciniorum qvorundam plagas eſſe intervalla, uniusq; tubicinii plaga ac calamitate, abeunte atq; migrante, reſtare adhuc aliorum tubiciniorum venturas plagas calamitatesq;. Inde autem non ſeqvitur, ipſa inter tubicinia earumq; periodos exiſtere intervalla. Nam non idem ſunt tubiciniorum, & in iis periodorum plagæ ſive væ, atq; tubicinia ſive periodi ipſæ. Non enim qvælibet plaga, ſuo æqvalis eſt tubicinio: qvippe finito qvinto tubicinio, nondum ſexti tubicinii, væ ſive plaga adeſt, ſed adhuc futura eſt: ceu ex ipſismet in objectione adductis ex Apoc. 9. v. 12. liqvet verbis. Et finito ſexto tubicinio, nondum ſeptimi adeſt væ ſive plaga, ſed ſicut in adductis ex Apoc. 11. v. 14. verbis patet, adhuc & qvidem cito ventura exiſtit. *Si dixeris*, qvarto tamen tubicinio finito, angelum, Apoc. 8. v. 13. clamare, væ væ væ a vocibus reliqvis tubæ trium an-

gelo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

gelorum; adeoq; ibi ad minimum nempe inter qvartum & qvintum tubicinium eſſe intervallum: ne id qvidem verum exiſtit. Nam angelus ille non hoc clamat qvarto tubicinio finito, ſed adhuc durante. In medio enim cælo volans hoc clamat. Illud autem medium cælum, non eſt aliud qvam periodi qvartæ, adeoq; tubicinii qvoq; qvarti ætas. Medium namq; cælum in apocalypſi, eſt media eccleſia, idq; modo ratione loci: ſicut in verbis Apoc. 14. v. 6. & Apoc 19. v. 17. ubi id medium, cæli videtur eſſe Europa: modo ratione temporis: ut hac tubicinii qvarti ſede. Ea autem ratione temporis media eccleſia, vel medium cælum, non eſt aliud qvam media ejus ætas, vel periodus, qvæ omnino eſt qvarta, adeoq; & tubicinii qvarti. qvippe qvod habet tum ante, tum poſt ſe tubicinia tria. Atq; ſic qvoq; ab *Hofmanno* in Chronotaxi cap. 12. hujus tubicinii qvarti, medium exponitur cælum. Qvare objectione de intervallis inter tubiciniorum periodos refutatâ, ſalvum manet, qvod eſt antea probatum, confirmatumq;, in ſeptem tubiciniis, eſſe ſeptem totius eccleſiæ Chriſtianæ periodos, qvæq; eandem totam eccleſiam, in ſeptem tempora vel chronicas dividunt portiones.

SCHE-

SCHEDIASMA VIII.

In Apocalypſeos ſeptem ſigillis eſſe itidem ſeptem periodos Chriſtianas, easq; eſſe easdem, atq; ſeptem tubiciniorum periodos probatur, contrariaq; Markii argumenta refutantur.

I.

Poſtqvam monſtravimus in ſeptem apocalypſeos tubiciniis, ſeptem Chriſtianas eſſe periodos: nunc progredimur ad ſigilla, in iis qvoq; easdem ſeptem periodos Chriſtianas eſſe demonſtraturi: idq; hiſce duobus membris: primum ſimpliciter oſtendet, in ſeptem ſigillis ſeptem eſſe tempora ſive periodos: alterum autem, eas ſigillorum periodos vel tempora, easdem eſſe atq; tubiciniorum periodos.

2. Qvod ad primum attinet membrum,

In ſigillis ſeptem, eſſe ſeptem eccleſiæ Chriſtianæ tempora ſive periodos:

Illud his probatur argumentis. *Primum* hoc eſt argumentum. Si ſigillis pleriſq; omnibus, cuilibet certò eſt ſuum peculiare & a reliqvis diſtinctum tempus, utiq; ſingulis merito creditur ſuum peculiare & a reliqvis diſtinctum eſſe tempus, ſaltem deficiente omni juſta probatione, unde contrarium poteſt inferri. Sed verum eſt prius. Ergo & poſterius. Aſſumtio autem, ſive qvod ſigillorum pleriſq;

riſq; omnibus, ſuum peculiare inſit tempus, ſic porrò probatur. Qvatuor primorum ſigillorum eqvi, omnino ſunt qvatuor diverſa & ſibi invicem ſuccedentia tempora. In parabolico enim & ænigmatico loqvendi genere, eqvi temporum ſunt ſymbolum. Itaq; veteres phœbo ſive ſoli, propter qvatuor anni tempora, qvæ ſuo facit curſu, qvatuor adſcripſere eqvos: & lunæ propter duo menſis lunaris tempora, qvibus augeſcit & decreſcit, duos attribuerunt eqvos. De qvo *Manilius.*

Qvadrijugus ut Phœbus eqvis & Delia binis.

Atq; *Tertullianus* libro de ſpectaculis. *Qvadrigas,* inqvit, *ſolis, bigas lunæ ſanxerunt.* Atq; eqvorum ſolis, qvi a Judæorum regibus, eodem haud dubie reſpectu ſunt facti, & qvia ad idololatriam convertebantur, a Joſia rege ſunt aboliti, 2. Reg. 23. fit qvoq; mentio. Tum & Zach. 1. v. 8. nec non cap. 6. v. 2. uti & Apoc. 19. v. 11. eqvi temporum omnino ſunt itidem imago. Qvatuor ergo primorum ſigillorum eqvi, omnino qvatuor ſunt tempora. Et qvod qvatuor peculiaria & ſucceſſiva ſint tempora, inde liqvet, qvod qvisq; eqvus non appareat anteqvã ſuum peculiare apertum eſt ſigillum: qvod item ſigilla ſucceſſive, non autem ſimul & ſemel aperiantur: & propterea apparente primo eqvo nondum compareat ſecundus, & ſecundo apparente, nondum compareat tertius & ſic deinceps. Certum ergo eſt, prima qvatuor ſigilla, qvatuor peculiaria eaq; ſucceſſiva, ſive vere diſtincta continere tempo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ra. In ſexto qvoq; ſigillo eſſe peculiare & a cæteris diſtinctum tempus, docent verba Apoc. 6. v. 17. qvibus iræ divinæ dies magnus, eodem in ſigillo advéniſſe oſtenditur: qvippe qvæ verba omnino oſtendunt, ſigillo ſexto ſuummet peculiare & a cæteris diſtinctum eſſe tempus. Talis enim magnus iræ dies, qvalis ibi deſcribitur, nusqvam antea in Apocalypſi veniſſe memoratur. In Phosphori recenſu numero 27., imaginis ad eum magnum diem iræ pertinentis data eſt explicatio: qvæ ibidem legi poteſt.

3. Deniq; ſeptimo in ſigillo, peculiare qvoq; adeſſe tempus Apoc. 8 v. 1. diſerte oſtenditur, cum iu eo ſemihorii qvaſi ſilentium oſtenditur eſſe factum. Semihorium enim hocce propheticum, omnino eſt qvoddam tempus. Uti enim hora eſt tempus: ita & ſemihorium vere tempus exiſtit. Qvod verò *Markius* præfatione commentarii in Apocalypſin, aliiq; nonnulli, negant ejus *ſemihorii ſilentium eſſe ſeptimi ſigilli argumentum*: in eo ratio ipſos omnino fugit. Nam ſi ſilentium illud ejus ſigilli non eſt argumentum, nullum ejus eſt argumentum, adeoq; otioſum eſt & vacat. Nullum enim aliud in apocalypſi ejus occurrit argumentum. Qvod enim qvidam putant, ſeptem tubicinia ejus ſigilli eſſe argumentum, a vero diſcrepat prorſus, & eſt poſtea numero 16. confutatum. Atq; rationes, qvas Markius loco citato præterea affert, ut ſilentium hocce, ſeptimi ſigilli non eſſe argumentum atq;

mate-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

materiam comprobet, leviores ſunt qvam ut ſubſiſtere poſſint: ſicut earum examen nunc oſtendet. *Primo* ait, *ex ſcenicarum actionum natura clarum eſſe, ſilentium hujus ſemihorii eſſe merum intervallum, & ad alias viſiones apparatum.* Sed id omnino falſum eſt. Nam ſigillorum repræſentatio, non eſt res ſcenica vel hiſtrionica, aut alia res hujuſce mundi, ſed qvid longe diverſum, & ſupra omnes res mundanas. Ideo & ſigillotum apertio materiaq; Apoc 5. v. 3. oſtenditur eſſe negotium, ſupra omnium mere creaturarum vires captumq;: & Johannes Apoc. 4. v. 2. de eadem re ſcripturus, ſe in Spiritu id eſt in raptu & ecſtaſi fuiſſe oſtendit. *Deinde* ideo qvoq; ſilentium illud, ſeptimi ſigilli argumentum eſſe negat, *qvod in eo, nihil aut viſui aut auditui ſit exhibitum, qvodq; argumentum dare debens ſigilli, Johannis viſum atq; auditum non minus vivide afficere debuerit, qvam priora ſigilla.* Sed licet in eo ſilentio, viſui nihil ſit repræſentatum atq; exhibitum, auditui tamen aliqvid eſt repræſentatum exhibitumq;, nempe ipſum ſilentium, qvod auribus omnino percepit Johannes, ceſſareq; eum qvi hactenus fuerat tumultus: Ideoq; falſum eſt, qvod Markius, nec auditui nec viſui qvicqvam in eo repræſentatum ait. Qvod autem, de *Johannis viſu & auditu æqve vivide atq; in reliqvis ſigillis affici debente* adjungitur, principiũ petit, roq; argumento ſumit, qvod in qvæſtione exiſtit. Ingens qvoq; Markii in eo temeritas eſt, qvod non modo de re ignota tam confidenter loqvatur, ſed &

Deo legem præſcribat, qvam viſiones exhibendo ſervet. Ad ultimum ea qvoq; de cauſa, ſilentium iſtud ſeptimi ſigilli argumentum eſſe negat, qvod in eo ut putat, *plus omnino exſpectandum ſit qvam merum ſilentium.* Id qvod itidem nullius eſt momenti. Nam licet eo in ſigillo plus exſpectandum ſit, qvam ſilentium mere phyſicum: tamen ad rem illud non pertinet. ſiqvidem non phyſicum, ſed hyperphyſicum & divina in ecſtaſi perceptum, hoc eſt ſilentium.

4. Neq; etiam hujus ſilentii conveniens tempori ſigilli ſeptimi, dari neqvit interpretatio. Nam pro publicæ pacis & tranqvillitatis, qvæ eo tempore vigebit, ſymbolo atq; figura capi poteſt. Qvippe in ſcripturis alias qvoq; ſilentium, pacis, qvietis & tranqvillitatis eſt nota & indicium: uti in verbis Eſa. 14. v. 7. conqvievit & ſiluit omnis terra. Eſa. 30. v. 15. In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Pſ. 107. v. 29. fluctus maris ſiluerunt, Septuaginta ἐσίγησαν, id eſt, reqvieverunt. Exodi 14. v. 14. ad populum Moſes: dominus pugnabit, vos autem ſilebitis, Septuaginta σιγήσετε, id eſt qvieſcetis vel non pugnabitis. Atq; alibi qvoq; ſacris in literis, proxime ante judicium extremum, adeoq; hujus qvoq; ſigilli tempore, magna tranqvillitas atq; pax oſtenditur futura: veluti cum de abutentibus ea pace & qviete, ad carnalem ſecuritatem, Paulus 1. Theſſ. 5. v. 3. ait; cum dicunt pax & ſecuritas,

tunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

tunc repentinus eis ſuperveniet interitus: & cum Luc 17. v. 27. & 28. Chriſtus homines æqvè ſecuros tunc futuros docet, atq; erant temporibus Noachi atq; Lothi. Iis enim temporibus magna pax & tranqvillitas vigebat: & de ſtatu Sodomæ, ubi vivebat Lothus, Ezechielis 16. v. 49. oſtenditur, tranqvillitatis tranqvillitatem, שלות השקט, id eſt, altiſſimam pacem & tranqvillitatem ibi fuiſſe. Atq; veteres qvoq; nonnulli eccleſiæ doctores, tum talem proxime ante judicium extremum, dicunt fore tranqvillitatem, tum hujus ſigilli ſilentio, ipſam indicari qvoq; affirmant. Veluti *Beda* in Apoc. 8. ideo dicens, Johannem in ſeptimo ſigillo ejus temporis *requiem cernere.* Ejusdemq; ſententiæ fuiſſe *Anshelmum*, *Richardum*, *Thomam* & *Dionyſium*, Cornelius a Lapide ad Apoc. 8. refert. Confutatis igitur qvæcunq; negant, in ſigillo ſeptimo, ejusq; ſilentio verum & peculiare eſſe tempus: ſalvum & inconcuſſum manet, in ipſo qvoq;, a cæteris ſigillis eorumq; temporibus diſtinctum, contineri tempus periodumq;: adeoq; omnia qvæ pro firmando primo; de ſigillorum periodis ſeptem argumento, probari debuerunt, ſunt probata confirmataq;.

5. *Secundum* pro ſigillorum ſeptem periodis, hoc ſit argumentum. Si viſio ſeptem ſigillorum, ſeptem diſtincta & peculiaria repræſentat tempora: utiq; in reſpondente ei viſioni hiſtoria & eventu; adeoq; in ſigillis ipſis, omnino ſeptem diſtincta & peculiaria qvoq; inſunt tempora. Sed verum eſt

prius: ergo & poſterius. Connexio inde probatur, qvod eum in finem, ſigillorum propoſita ſit viſio, ut qvæ in reſpondente viſioni eventu, adeoq; ipſiſmet in ſigillis ſint futura oſtendat. Itaq; ſi ſigillorum viſio, ſeptem peculiaria exhibeat tempora, etiam in ipſiſmet, viſioniq; reſpondente hiſtoria & eventu ſeptem peculiaria omnino agnoſcenda ſunt tempora. Et ſi dixeris, in apocalypſi plures qvoq; viſiones, ſæpe unum idemq; exhibere & repræſentare tempus: nihil illud hic obſtat, ſiqvidem ſigilla, eorumq; viſiones numerorum ſerie, inter ſe ſunt connexa, ut verbi gratia, aliud ſit ſigillum primum, aliud ſecundum, & ſic deinceps. Nam qvæ viſiones numerorum ſerie ordineq; cohærent, nunqvam plures unum idemq; exhibent tempus, ſed una qvælibet ſuum peculiare: ſicut & antea Schediasmatis 2. paragrapho 16. & Schediasmatis 7, numero 2 eſt commonefactum. Aſſumtio argumenti, ſive ſigillorum viſionem ſeriemq;, ſeptem peculiaria exhibere tempora, ex ipſorummet ſigillorum deſcriptione & recenſu, in Apocalypſeos capite ſexto, ſeptimo & octavo, clara eſt & manifeſta, Nam aliud tempus complectitur ſigilli primi viſio, & rurſus aliud ſecundi, & adhuc aliud tertii, atq; ſic deinceps. Qvo enim tempore, primi ſigilli negotia exhibentur, nondum ſigilli ſecundi negotia repræſentantur, & qvo tempore ſigilli ſecundi negotia exhibentur, nondum qvicqvam apparet de tertio, & ſic deinceps in cæteris. Idemq; probatur

qvoq;

qvoq; ex ſeptem ſigillorum apertionibus. Qvanqvam enim apertio ſigillorum, ſicut & deinceps numero 14 eſt dictum, potiſſimum notet revelationem eorum, qvæ fient in ſigillorum periodis temporibusq; : tamen cum revelatio & apertio illa, ſigillorum inter ſe non commiſceat tempora negotiaqve: unumq; qvodvis diſtincte & ut ſuo tempore eſt futurum proponat, utiq; ſingulis ſigillis ſua ſingula ſimul aſſignat tempora: adeoq; qvot apertiones fiunt, totidem revera tempora repræſentantur: Et niſi ſic eſſet, omnia ſigilla ſimul & ſemel fuiſſent aperta, non autem ſua qvodvis vice. Si autem qvot apertiones exiſtunt, totidem etiam ſigillorum ſunt tempora, utiq; omnino ſeptem illa eorundem ſunt tempora. Septem enim eæq; tempore & numero diſtinctæ apertiones fiunt. Atq; qvo tempore aperitur ſigillum primum, nondum apertum eſt ſecundum, & qvo tempore aperitur ſigillum ſecundum, necdum apertum eſt ſigillum tertium, & ſic porrò. Itaq; manifeſtum eſt, viſionem ſigillorum, ſeptem diſtincta & peculiaria repræſentare tempora:

6. *Tertium* argumentum hoc ſit. Si negotiorum ſeptem ſucceſſivorum in ſigillis exiſtunt claſſes, ſeptem qvoq; in iis ſunt tempora: ſucceſſivorum enim negotiorum qvodvis ſuo diſtincto fit & incipit tempore. Sed verum eſt prius. Ergo & poſterius. Aſſumtio inde probatur, qvod omnes ſeptem in ſigillis, claſſes negotiorum, ſint ſucceſſivæ, nullæ autem ſimultaneæ: Alius enim temporis nego-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

tia ſunt ſigilli primi eorumq; inceptio, alius deinde ſecundi, & rurſus alius dehinc tertii, & ſic deinceps. *Deniq;* in ſeptem ſigillis ſeptem eſſe tempora periodosq;, illud qvoq; arguere poteſt, qvod in ſeptem qvoq; tubiciniis, uti antea eſt monſtratum, ſeptem ſint tempora periodiq;. Nam cum ſeptem tubiciniis, qvæ ſigillorum ſeptem pares & qvaſi ſocii ſunt, ſeptem inſint periodi, atq; parium qvamdiu aliud non conſtat, eadem ſit cenſenda eſſe ratio, tales ſeptem periodos, ſeptem qvoq; ſigillis ineſſe, ſaltem donec probetur contrarium, merito creditur ſtatuiturq;. Probatum itaq; eſt, in ſeptem ſigillis, ſeptem qvoq; ineſſe tempora periodosq;. Idq; etiam nonnulli veterum ſenſerunt, ideo ſigilla ſeptem de ſeptem eccleſiæ ſtatibus, vel temporibus exponentes. Inter qvos *Jacobus a paradiſo*, in libro de ſeptem ſtatibus eccleſiæ ſub initium. *Petrus Aureolus* in Breviario Bibliorum folio 110. Item in commentariis ſuis *Richardus ſancti Victoris*, *Hugo de S. Caro*, *Alexander ab Ales*, nec non, ut in Commentario ſuo Dionyſius Carthuſianus refert, *Albertus Magnus*. Plures addit *Johannes van der* Wayen, in libro de ſeptenario, ejusq; notis.

7. Sed refutanda qvoq; ſunt, qvæ ſigillorum periodis Markius opponit. Primum Markii hocce eſt argumentum. *Qvatuor prioribus ſigillis nullas periodos contineri, adeoq; in ſeptem ſigillis, ſeptem periodos neqvaqvam contineri. Inde autem cognoſci, qvatuor prioribus ſigillis nullas periodos contineri, qvod contine-*

ant qvatuor duntaxat generalia negotia, & qvæ ſingula atq; univerſa, ab eccleſiæ Chriſtianæ principio ad finem ejus usq; durabunt. primò enim ſigillô contineri evangelii prædicationem, ſecundò autem perſecutiones illinc ortas, tertiô hæreſes, & qvartô erga ingratitudinem adverſus verbum divinum Dei judicia. Hæc Markius, qvæ dicit minime probans, ſed conjectans tantum. Conjecturæ autem, licet aliis non obtruſæ, ſæpe commendari mereantur: ad argumentandum tamen inidoneæ ſunt, nulliusq; efficaciæ. Neq; tantum hæc conjectat Markius: ſed & falſo ſic conjectat: frivolæq; ejus hæ ſunt conjecturæ. Idq; ſic probatur. *Primo*, verum non eſt, ſigillum ſecundum generaliter continere & repræſentare perſecutionem propter evangelium. Nam ſi generaliter perſecutionem repræſentaret, ea qvæ dicit, trium qvoq; primorum ſæculorum perſecutioni convenirent. Id qvod tamen non faciunt. Nam qvod in eo ſigillo dicitur datum eſſe hominibus, ut ſe invicem mactent, longe aliorſum ſpectat, & in primorum trium ſæculorum perſecutione neutiqvam eſt factum. Nam in ea Chriſtiani, necabantur non necabant, mactabantur, non mactabant. *Deinde* nec illud verum eſt, tertium ſigillum generaliter proponere hæreſin: tantum enim verbi divini famem atq; penuriam proponit, qvæ hæreſi qvidem propinqva, ipſa tamen hæreſis non exiſtit. *Tertio* veritati conſentaneum non eſt, qvartum ſigillum, proponere generaliter judicia Dei, adverſus ingratitudinem in ver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

bum divinum. Speciale enim Dei duntaxat judicium proponit, qvodq; per eos factum, qvi figurate mors & infernus vocantur: de qvo vide notata in Phosphori recenſu num. 23. & 24. Id autem non convenit in omne judicium Dei, adverſus ingratos in verbum divinum mortales.

8. *Deniq;*, generaliter qvoq; falſum reperitur, qvod de iis qvatuor ſigillis Markius dicit. Nam omnibus in ſigillis, adeoq; etiam in qvatuor illis comprehenduntur ea, qvæ usq; ad Apocalypſeos Johanni datæ tempus, omnibus non tantum hominibus ſed & angelis erant ignota, ſoliq; agno id eſt Chriſto cognita, qvippe qvi, ut eſt Apoc. 5. v. 3. & 5. ſolus dignus habitus eſt ſignatum aperire librum ejusq; ſolvere ſigilla. Talia autem non ſunt generalia, qvæ Markius in iis comprehendi ſignificariq; dicit, qvippe aut per ſe nota, aut antea in Veteri qvoqve Teſt. Pſalmo 2. 110. & alibi clare ſatis denunciata. Tum & qvatuor illa ſigilla, ſicut antea numero 2. eſt monſtratum, ſucceſſiva qvatuor continent tempora. Si autem ſucceſſiva qvatuor continent repræſentantq; tempora, nullum eorum mere generale eſt, & ea qvæ ab initio eccleſiæ Chriſtianæ, usq; ad finem mundi ſunt futura complectens. Liqvet igitur, qvæ de generalibus modo negotiis, in iis qvatuor ſigillis comprehendi, ait Markius, falſa omnino exiſtere. Neq; hoc ulcus eo ſanatur colore, qvo tales ſuas de generalibus modo negotiis in Apocalypſi prædictis, adornare interdum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

dum ſolet conjecturas: *qværendum eſſe verborum ſenſum pleniorem.* Non enim aliter plenior ſenſus eſt qværendus qvam ipſa ſacra docet permittitq; ſcriptura. Eaq; interpretatio, qvæ rejecto ſenſu ſpeciali, generalem tantum aliqvem indefinitumq; qværit, non pleniorem ſed inaniorem qværit ſenſum: & æqve temerarius talis eſt interpres, atq; qvi juſſus eſt ab hero ſervus Amſtelodamum adire, Lubecam adiret, verbisq; heri ſatisfactum putaret, ſi aliqvam duntaxat adeat urbem; aut juſſus purgare feneſtram, januam tantum purgaret, ſatis exiſtimans eſſe, ſi qvaliscunq; inſtituatur purgatio.

9. *Alterum* Markii argumentum eſt. *Qvatuor priora ſigilla, manifeſtô proponi, ut diverſa a cæteris tribus, ſiqvidem in iis eqvi repræſentantur & animalia loqvuntur, qvod in tribus poſterioribus fit neqvaqvam. Qvare niſi notabilis convenientia, qvatuor priorum monſtratur ſigillorum, qvæ in tria ultima non cadit, potius periodos ſigillorum qvatuor, qvam ſeptem ſtatui debere.* Sed ut mittam, Markium hoc argumento repugnare primo ſuo argumento, de nullis periodis in qvatuor primis ſigillis; ſatis eſt, ex eo qvod Markius argutatur, neutiqvam ſeqvi qvod contendit. Diverſa enim qvatuor priorum ſigillorum methodus, non efficit, ut illa ſola periodos conſtituant, triaq; poſteriora id non faciant. In tubiciniis enim qvatuor prioribus, itidem aliam videmus adeſſe methodum, qvam in tribus poſterioribus tubiciniis. Nam qvatuor prioribus, nullum væ nominatim ad-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

jungitur, ſicut tribus poſterioribus: nec etiam tam prolixa ſunt qvatuor priora ut tria poſteriora. Et nihilo tamen minus, cuilibet tubicinio, ſicut antea eſt monſtratum, ſua peculiaris eſt periodus: & in omnibus ſeptem tubiciniis ſeptem periodi. Neq; ſi nos maxime aſſignare non valeremus, cauſam variatæ methodi, in ſigillis tribus poſterioribus, ideo negare oportet periodos iis ineſſe. Nam ex antea propoſitis num. 2. 3. 5. & 6. argumentis, ſatis manifeſtum eſt, periodos, non minus in illis, qvam in qvatuor prioribus adeſſe ſigillis. Et propter qvædam qvæ poſſent eſſe ignota, non neganda ſunt qvæ nota & manifeſta exiſtunt, maxime in ſacra ſcriptura, qvæ ſe habet ut illa Ezech 47. ex templo fluens aqva, cujus fundum ubiq; contingere non licebat. Neq; etiam omnis deficit ratio, propter qvam ita methodus variatur, ſive cur eqvi & animalia alata, in qvatuor prioribus tantum repræſententur ſigillis, non autem in tribus poſterioribus. Nam ea poteſt eſſe ratio: qvod in qvatuor prioribus ſigillis typi & exempli cauſâ adjungantur, inq; tribus poſterioribus repeti debeant ex prioribus. Ita videlicet, ut primi ſigilli eqvus nec non animal alatum repetantur in qvinto, & ſecundi in ſexto, necnon tertii in ſeptimo. Nam ſtatus qvintæ periodi, omnino ſimilis eſt ſtatui periodi primæ. Perſecutio enim talis qvalis in prima periodo, in evangelium profitentes eſt exercita, in qvinta periodo rurſus exerceri cœpta eſt, in evangelium profitentes Valdenſes, eisq; ſimi-

ſimiles, Dei martyres teſtesq;. Et ſtatus ſextæ periodi conſimilis eſt ſtatui periodi ſecundæ. Qvippe ut in ſecunda periodo, omnia inter Chriſtianos litibus de religione flagrabrant perſonabantq;: ſic &,inde usq; ab anno 1617. adeoq; in periodo ſexta, omnia inter occidentis Chriſtianos, litibus & controverſiis de religione, arſerunt reſonueruntq;. Sicut etiam in periodo ſecunda libris de doctrina Chriſtiana ſcribendis plusqvam antea eſt invigilatum: ſic & in periodo ſexta, libris de religione ſcribendis elaborandisq;, plusqvam unqvam antea eſt laboratum. Adeo ut in ea periodo ſola, de fidei negotiis, capitibus controverſiisq;, plures libri & commentarii ſint conſcripti, qvam antea proximis mille ampliusq; annis. Immo & Cardinalis *Sforza Pallavicinus*, in Arte perfectionis lib. 1. cap. 16. de ſolis ſuis, qvos appellat catholicis ait, abhinc ſesqvi ſæculo, conſcripſiſſe plures libros, qvam ante Lutherum ſcripſerint auctores Chriſtiani qvindenis ſæculis. Sic ille. Cumq; inter ſe concordent periodus prima & qvinta, nec non ſecunda & ſexta, veriſimile eſt, eam qvæ reſtat periodum, nempe ſeptimam tertiæ qvoq; periodo fore conſimilem. Tum & ea variatæ methodi, poteſt qvoq; cogitari cauſa: qvod apocalypſis, ut in cæteris, ſic & in ſigillis, ænigmaticam qvoqve docendi ſectetur rationem. Cui ænigmaticæ rationi docendi, diſconveniens eſt haud qvaqvam, eqvos & alata animalia, in ſolis qvatuor prioribus ponere ſigillis, omittere autem ea tribus in poſteriori-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

rioribus, ſagacioriq; lectori ipſimet, ea ibi conjicienda & repetenda relinqvere.

10. *Tertium* Markii contra ſigillorum periodos hoc eſt argumentum, *In qvinto ſigillo contineri negotia eccleſiæ triumphantis: in ſexto autem finem mundi: ideoq; periodos in qvinto & ſexto non contineri: adeoq; ſeptem qvoq; ſigillorum ſeptem non eſſe periodos.* Sed & hic Markius argumentatur per conjecturas, easq; falſas. Neutiqvam enim verum eſt, ſigillum ſextum proponere tantum finem mundi. Nam proponit qvoq;, obſignationem 144. millium in frontibus: qvæ obſignatio 144. millium, non eſt aliud qvam hominum, per verbi Divini prædicationem commotio & impulſus, ut evangelium publice profiteantur: atq;, ut per ſe manifeſtum eſt, finem mundi, in qvo nulla evangelii erit prædicatio longe præcedit. Proponit qvoq; qvatuor angelos, qvatuor cardinibus terræ aſtantes, & prohibere conantes, ne qva aura & ventus ſpiret in terra, id eſt, ne libere prædicetur evangelium. Id qvod neq; in fine mundi ſed diu ante neceſſum eſt fiat. Qvia enim in fine mundi, nulla amplius evangelii erit prædicatio, neq; etiam conatus impediendi prædicationem illam amplius erit. Conſtat ergo falſum eſſe, ſexto in ſigillo finem duntaxat mundi proponi. Neq; aliud ſuadent ejusdem ſigilli verba, de ſole obſcuraro, luna ut ſangvis facta, nec non ſtellis cadentibus, & reliqvis, qvæ Markius tanqvam de fine mundi dicta & proprie capit. Nam nec ea, de fi-

ne

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ne mundi & conſummatione ſæculi, vere accipi poſſunt: qvippe in ſexto ſacta ſigillo, qvod diu finem mundi præcedit. Et cum de fine mundi capi non debeant, neq; etiam proprie capi debent: ſiqvidem proprie accepta, ante finem mundi non fient: Et qvomodo de Romanæ eccleſiæ ſole, id eſt Papa aliisq; eo pertinentibus, figurate exponi & poſſint & debeant, in Phosphori recenſu numero 27. eſt monſtratum. Neq; his obſtat canon hermeneuticus, a proprietate non eſſe recedendum. Nam cum apocalypſis, majori ex parte figurata ſit & ænigmatica, neceſſitas jubet in ea a verborum proprietate plerumq; recedere. Ideoq; etiam *Hieronymus* præfatione in commentarium 18. ad Eſaiam: *Si apocalypſin*, inqvit, *juxta literam accipimus, judaizandum eſt nobis.* De qvo plura Schediaſmatis 2. numero 7. & 31. dicta.

11. Qvod ad ſigillum qvintum attinet, itidem falſum eſt, qvod Markius ait, ſigillum idem, tantum de eccleſiæ triumphantis agere rebus. Nam cum ſigilla & antecedentia & conſeqventia, ceu antea oſtenſum, de militantis eccleſiæ agant rebus, rationi omnino conſentaneum eſt, qvintum qvoq; ſigillum, ſuper ejusdem eccleſiæ militantis agere rebus. Tum & princeps atq; potiſſimum ejusdem qvinti ſigilli negotium, eſt eorum qvi propter verbum Dei ejusq; profeſſionem interficiuntur, ad Deum de vindicta clamor. In qvo negotio & interfectio & clamor, militantis qvoq; ſunt eccleſiæ.

Inter-

Interfectio enim illa & cædes, non fit in eccleſia triumphante, qvippe in qva nullus amplius interficitur necaturq; : ſed in ea duntaxat fit eccleſia, qvæ adhuc in terris cum ſuis pugnat militatq; hoſtibus. Et clamor qvoq; injuſte ñecatorum, potiſſimum fit in terris militanteq; eccleſia. Ideoq; Geneſ. 4. v. 10. & 11. ſangvis injuſte interfecti Abelis, de terra ad Deum clamare dicitur. Atq; is clamor tunc potiſſimum peragitur, cum ipſa injuſta cædes committitur. Eodem enim momento qvo qvis injuſte necatur, ſangvis ejus ad Deum de vindicta clamat, id eſt coram Deo de iniqvitate facti teſtatur; nec non de ſupplicio & vindicta, qvam idem iniqvè factum meretur. Deniq; horum interfectorum animæ, id eſt, juxta Hebraismum, hi interfecti, in textu apocalypſis, ſub altari, adeoq; in eccleſia militante exiſtentes clamaſſe dicuntur. Nam altare pars eſt templi apocalyptici, & templum apocalypticum militans eſt eccleſia. Et ſic patres qvoq; hoc interpretantur altare: veluti *Auguſtinus*, cum hom. 7. in Apocalypſin, *Altare*, inqvit, - - - *eccleſiam vult intelligi* Johannes. Tantum de poſtremo Markii argumento. Omnia itaq; ſpecialia ejusdem contra ſigillorum ſeptem periodos argumenta ſunt deſtructa. Generalia autem qvæ tam adverſus tubiciniorum & epiſtolarum, qvam adverſus ſigillorum periodos diriguntur, in decimo Schediasmate poſtea ſunt refutata: ſalvumq; ideo manet, qvod antea eſt probatum, ſeptem in ſigillis ſeptem

ptem qvoq; eſſe periodos. Prius itaq;, qvod de ſigillorum periodis erat demonſtrandum, eſt demonſtratum.

12. Progredimur nunc ad reliqvum & poſterius, nempe

Periodos ſeptem ſigillorum eſſe eaſdem, atq; periodos ſeptem tubiciniorum.

Hoc ne videatur incredibile, perpendatur, Scripturam ſacram alias qvoq; in vaticiniis, eadem tempora pluribus diverſisq; repræſentare viſionibus. Nam in ſomnio Pharaonis Geneſ. 41. ſeptem iidem anni, diverſis ſeptem vaccarum & ſeptem ſpicarum repræſentantur imaginibus. Et alias qvoq; ſimilia in ſacris occurrunt literis: de qvo vide, qvæ Schediasmatis ſecundi numero 12. & ſeqventibus antea ſunt allata. Argumenta autem, qvibus probari poteſt, ſeptem ſigillorum & ſeptem tubiciniorũ easdem eſſe periodos, hæc inter alia exiſtunt. *Primum* hoc ſit. Niſi eædem eſſent ſeptem ſigillorum & ſeptem tubiciniorum periodi, tunc periodi eccleſiæ Chriſtianæ totius, plures eſſent qvam ſeptem: ſiqvidem periodi tam tubiciniorum qvam ſigillorum, eccleſiæ Chriſtianæ ſint periodi. Sed periodi Chriſtianæ vel eccleſiæ Chriſtianæ, veluti Schediasmate 10. eſt oſtenſum, non ſunt plures qvam ſeptem. Ergo neceſſum eſt, periodos ſigillorum & tubiciniorum eſſe easdem.

13. *Alterum* hoc ſit argumentum, *Si ſeptem ſigil-*

lo-

lorum periodi, eodem tempore incipiunt & eodem tempore deſinunt, qvo ſeptem tubiciniorum periodi, incipiunt & deſinunt: utiq; eædem ſeptem ſigillorum & ſeptem tubiciniorum ſunt periodi. Sed verum eſt prius. Ergo & poſterius. Connexio ſic probatur. Cum ſeptem ſigillorum & ſeptem tubiciniorum periodi, eodem tempore incipiant, eodem etiam tempore deſinant: utiq; tota ſeptem ſigillorum ætas & duratio, haud dubie eadem eſt, atq; ſeptem tubiciniorum tota ætas & duratio. Si autem tota ſigillorum ætas & duratio, eadem eſt atq; tota tubiciniorum ætas & duratio, adeoq; utriusq; totum toti reſpondet: rationi qvoq; conſentaneum eſt, partes partibus, ſive periodos periodis reſpondere easdemq; eſſe, maxime cum nulla ſit data ratio, qvæ contrarium perſvadeat: ſitq; planius atq; ſimplicius, cum tota totis reſpondeant, eademq; ſint, partes qvoq; partibus reſpondere & easdem eſſe, qvam diverſas ab alteris eſſe.

14. Aſſumtio ſive tam ſigillorum qvam tubiciniorum periodos, eodem tempore incipere atq; deſinere, ſic porro probatur. Qvod eodem tempore incipiant, inde liqvet, qvod utræq; initio eccleſiæ Chriſtianæ vel miniſterii Chriſti incipiant. Tubicinia vel tubiciniorum periodos tunc incipere, antea Schediasmatis ſeptimi numero 19. 23. & 29. eſt oſtenſum. Qvod autem ſigilla vel ſigillorum periodi, eodem eccleſiæ Chriſtianæ vel miniſterii Chriſti initio incipiant, inde primo liqvet, qvod

tunc

tunc ſigilli primi eqvus, qvi eſt Chriſtus, exierit vin-
cens & ut vinceret. Nam tunc exiit tanqvam ſe-
minator, ut de ipſo Lucæ 8 v. 5. & Matth. 13. v. 3.
dicitur qvoq;, verbum ſuum evangeliumq; diſſemi-
naturus: qvippe qvod eſt illud, qvod inimicam po-
tentiam vincit: ut ideo qvoq; Pſalmi 110. v. 2. ſcep-
trum divini appelletur roboris, qvoq; inter ini-
micos dominabitur: & Pſalmo 2. v. 9 ſceptrum
ferreum, qvo inimicos ſuos, ut teſtam figlinam ſit
confracturus. Et Chriſtum in initio eccleſiæ Chri-
ſtianæ, ſuiq; miniſterii illuc exiiſſe, ſive qvod idem
eſt, tunc cæpiſſe ſuum verbum evangeliumq; publi-
citus diſſeminare, Schediasmatis 11. num. 8. & ſe-
qventibus eſt probatum. *Deinde*, in eodem initio
eccleſiæ Chriſtianæ, ſigilli primi periodum ince-
piſſe, inde qvoq; eſt manifeſtum, qvod tunc qvoq;
primi ſigilli eqves, ſive Chriſtus, arcum ſuum ver-
ſare, ſagittasq; emittere inceperit. Nam hoc qvoq;
initium eſt doctrinæ publicæ Chriſti, ſicut ejusdem
Schediasmatis num. 7. eſt dictum oſtenſumq;.
Verum hic fortaſſis erunt qvi objicient, ſigilla non
initio miniſterii Chriſti, ſed poſt mortem Chriſti
accepiſſe demum: ſiqvidem Apoc 5. v. 6. 7. & 9.
Agnus mactatus, librum ſeptem ſigillis ſignatum &
facultatem aperiendi ejus ſigilla, dicitur accepiſſe de-
mum. Sed objectio hæc, nullius eſt efficaciæ:
Nam agnus Apoc. 13 v 8. a jactis mundi fundamen-
tis dicitur qvoq; mactatus, nempe in figuris, & ty-
pis, Tum & narratio illa, de agno mactato, accipien-

te librum obſignatum & facultatem aperiendi ejus ſigilla, non agit de ſigillorum initio, origine & prima exiſtentia, qvæ ex eorum primo argumento in ſigillo primo eſt petenda, ſed duntaxat, veluti ex textu manifeſtum eſt, de eorum donatione & revelatione, dataq; facultate, aperiendi illa. Sigillorum autem donatio, & collatio poteſtatis aperiendi revelandiq; illa, neutiqvam idem ſunt atq; ipſa eorundem prima inceptio, exiſtentia, vel initium. Ante eq; omnino exiſtebant inceptaq; ſunt, qvam dabantur accipiebanturq; ſive ipſamet, ſive poteſtas aperiendi revelandiqve ea, & qvod datur, antea etiam plerumq; exiſtit qvam datur, ut ideo metaphyſici qvoq; dicant, dari præſupponit eſſe. Johannes qvoq; antea videt librum ſeptem ſigillis obſignatum, qvam videt eum agno dari, poteſtatemq; ejus ſigilla aperiendi, in eundem audit conferri. Salvum ergo manet qvod eſt probatum, tubicinii primi & ſigilli primi periodos, eodem incipere tempore.

15. Porro qvod tubiciniorum periodi & ſigillorum periodi, eodem tempore deſinant, inde conſtat, qvod utræq; cum fine mundi deſinant. Tubicinia, eorumq; periodos, vel qvod eodem recidit ſeptimi tubibicinii periodum, cum fine mundi deſinere, antea Schediasmatis 7. numero 18. eſt oſtenſum. Qvod vero ſigillorum periodi, vel qvod eodem redit, ſigilli ſeptimi periodus, cum fine mundi deſinat, inde liqvet, qvod propoſitô ſeptimo ſigillo, nullum amplius tempus, tanqvam ordine, du-

ratio

ratione & ætate, ſeqvens ejusdem ſeptimi ſigilli tempus, in Apocalypſi proponatur, ſed eodem ſigillo ſeptimo repræſenrato, protinus ad primam eccleſiæ ætatem, in tubiciniis, & particulatim in tubicinio qvoq; primo, amplius declarandam, Johannes redeat. Unde manifeſtum eſt, ſigilli ſeptimi tempus, unà cum fine mundi finiri, qvippe nullum, In apocalypſi ſe poſterius habens tempus. Ideoq; etiam ſilentium, qvod in ejusdem ſigilli ſeptimi ſemihorio dicitur factum, nonnulli patres, veluti antea num. 4. oſtendimus, explicant de proxima ante judicium extremum, futura publica pace & tranqvillitate.

16. Qvod vero nonnulli, ſeptimi ſigilli tempus ajunt, comprehendere ſeptem tubicinia, admitti plane non poteſt, nam *primo* ſcriptura id non dicit. *Deinde* ſi ſic eſſet, apocalypſeos non ſeptem, ſed tredecim eſſent periodi: cum nusqvam in Apocalypſi alias, ille tredecim Chriſtianarum periodorum occurrat numerus, atq; ceu Schediasmate decimo eſt qvoq; comprobatum, periodi Chriſtianæ ſint duntaxat ſeptem. *Adhæc* ſi ſeptem tubicinia, qvæ ex probatis antea Schediasmate ſeptimo, certum eſt, ſeptem peculiaria & ſucceſſiva totius eccleſiæ Chriſtianæ eſſe tempora, in ſeptimo comprehenderentur ſigillo: tunc in tubicinio primo, ſub imagine grandinis propoſita primitivæ eccleſiæ perſecutio, facta eſſet poſt famem verbi divini in tertio ſigillo præ dictam: immo & poſt propoſitã in ſigillo ſexto

non modo obſcurationem ſolis & lunæ, ſtellarumq; de cælo lapſum, ſed & obſignationem ſervorum Dei in fronte, adeoq; poſt reformationem qvoq;, qvippe qvam conſtat eam complecti obſignationem: qvæ ſingula perabſurda eſſe conſtat, hiſtoriæq; manifeſto adverſa. Et alia qvoq; multa, qvæ brevitatis ſtudio omittimus, inde conſeqverentur abſurda, falſaq;. Adeoq; opinio ſtatuens, ſeptem tubicinia in ſeptimo comprehendi ſigillo, ex qva tot enaſcuntur tandem falſa abſurdaq;, vera eſſe neutiqvam poteſt. Nihil itaq; obſtante propoſita objectione, ratum manet & firmum, qvod eſt antea demonſtratum, ſeptimi ſigilli ſinem, in mundi & eccleſiæ Chriſtianæ finem incidere. Adeoq; omnia, qvæ ad poſterius argumentum, pro periodorum in ſigillis & periodorum in tubiciniis convenientia, & identitate, confirmandum, debuerunt probari, ſunt probata.

17 *Tertium* & ultimum pro eodem hoc ſit argumentum. Niſi periodi ſeptem ſigillorum & tubiciniorum agnoſcantur eædem, nulla ſigillorum & tubiciniorum vera, & obruſſam ſuſtinens interpretatio dari poteſt. Itaq; ut eorundem vera aliqva & commoda habeatur interpretatio, neceſſe eſt agnoſcere qvod utrorumq; periodi ſint eædem. Antecedens firmatur experientia. Omnes enim, qvi ſigillorum & tubiciniorum tempora, ſtatuerunt eſſe diverſa, conſtat eorum in interpretatione admodum fuiſſe infelices: & peccaſſe in apocalypſeos

ſcopum

ſcopnm, prophetias eorundem exponendo, de rebus aut mere politicis, aut Veteri & Novo Teſt. communibus, jamq; ante apocalypſin datam notis: aut deniq; male inter ſe cohærentibus, omnemq; ordinem Chronotaxinq; violantibus: minimeq; eas prophetias ut decuit tractaſſe, atheisq; eo anſam dediſſe, ut eas potius pro ſomniis & humanis inventis haberent, qvam divinis effatis. Totum autem id incommodum evitari poteſt, periodos tubiciniorum & ſigillorum easdem eſſe agnoſcendo. Nam ſic conferendo prophetias, eorundem cum hiſtoria, ea facile reperitur expoſitio, in qva non neceſſe eſt in tales incidere ſcopulos: ſicut & in Phosphori apocalyptici recenſu, beneficiô hypotheſeos, de earundem periodorum identitate, tales potiorum in iis prophetiis vaticiniorum expoſitiones, datæ qvoq; ſunt & propoſitæ. Conſtat itaq; ſigillorum & tubiciniorum easdem eſſe periodos.

18. Ut in ſummam autem hactenus probata contrahamus, monſtratum eſt, in ſeptem tubiciniis, eſſe ſeptem totius eccleſiæ Chriſtianæ periodos: item in ſeptem ſigillis, itidem eſſe ſeptem eccleſiæ totius chriſtianæ periodos: ſigillorumq; ſeptem periodos, easdem eſſe atq; tubiciniorum ſeptem periodos: adeoq; ſeptem tubiciniorum periodos, totam eccleſiæ Chriſtianæ ætatem, in ſeptem paticulares peſcere ætates temporaq;. Ea qvæ etiam *Petri Aureoli* in Breviario bibliorum, *Franc Lamberti* in Exegeſi Apocalypſeos, initio capitis 8. atq; inter recenti-

 ores

ores *Matth. Hofmanni* in Chronotaxi, nec non *Caſpari Heunſchii* in Antichiliaſmo, aliisq; ſuis ſcriptis, eſt ſententia.

SCHEDIASMA IX.

In ſeptem Apocalypticis epiſtolis, eſſe itidem ſeptem periodos Chriſtianas, & eas eaſdem eſſe atq; ſigillorum & tubiciniorum periodos ſeptem, contrariaq; Witſii & Markii argumenta ſolvuntur.

I.

Hactenus periodi Chriſtianæ, ex ſigillis & tubiciniis ſunt probatæ. Eoq; aeqvieſcere poſſemus: ſiqvidem per illud Chriſtianæ apocalypſeos periodi ita ſunt evictæ, ut dubitari de illis non tam facile poſſit: & ſive eædem in ſeptē epiſtolis Apoc. 2. & 3. propoſitis ineſſe qvoq; reperirentur, ſive non reperirentur, ſalvæ & tutæ nihilominꝰ manerent. Qvia tamen nihil videmꝰ qvid obſtet, qvo minꝰ in dictis qvoq; epiſtolis, eædem inſint periodi, immo & ea occurrunt, qvæ facile illud perſvadeant; viſum qvoq; eſt ſimul oſtendere, eaſdem periodos in iisdem ſeptem epiſtolis, nempe in earundem epiſtolarum ſeptem eccleſiis, reperiri qvoq;. Id qvod ut diſtincte & ordine fiat, *primò* oſtendetur, per ſeptem epiſtolarum eccleſias, ſolas ſeptem Aſiaticas non intelligi, ſed præterea ſeptem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

alias. *Deinde* oſtendetur, eas eccleſias qvæ ibi præter Aſiaticas intelliguntur, eſſe omnes Chriſtianas & maxime Romani imperii eccleſias, & qvidem reductas ad ſeptem claſſes, ſive qvod idem eſt, eſſe ſeptem generales eccleſias. *Tertio* oſtendetur, easdem Chriſtianas eccleſias, qvæ in epiſtolis præter Aſiaticas intelliguntur, eſſe omnes eccleſias Chriſtianas, reductas ad ſeptem periodos. *Qvarto* monſtrabitur, easdem eccleſias periodosq;, ab initio eccleſiæ Chriſtianæ vel miniſterii Chriſti, usq; ad finem mundi eſſe porrectas. Et *deniq;* earundem ſeptem eccleſiarum periodos, eſſe easdem atq; ſigillorum & tubiciniorum periodos, oſtendetur.

2. Qvod ad primum attinet ſive per ſeptem epiſtolarum eccleſias, non intelligi ſolas ſeptem Aſiaticas, ſed præterea alias Chriſtianas eccleſias:

Illud primò ex eo probatur, qvod Johannes eas epiſtolas ad eccleſias ſcripturus, Apoc. 1 v. 20. myſterium ſcribere jubeatur. *Scribe* inqvit Chriſtus, *myſterium ſeptem ſtellarum, qvas vidiſti in dextra mea, & ſeptem lychnias aureas: ſeptem ſtellæ ſunt angeli ſeptem eccleſiarum, & ſeptem lychniæ qvas vidiſti, ſunt ſeptem eccleſiæ.* Ita Salvator ad Johannem, myſterium eccleſiarum ſcribere præcipiens. Myſterium autem, nõ eas duntaxat res notat, qvæ prima repræſentantur fronte, ſed etiam alias, qvarum illæ figuræ exiſtunt. Sic regni Chriſti negotia, per naturalium rerum ſimili-

militudines repræſentata, Matth. 13. v. 11. myſteria regni cælorum dicuntur. & ſpiritualis connubii inter Chriſtū & eccleſiam repræſentatio, per corporalis conjugii inter virum & uxorum imaginem, Epheſ. 5. v. 32 magnum dicitur myſterium. Atq; ſic veteris qvoq; eccleſiæ doctores, nomen myſterii, vel ut Latine interpretantur, ſacramenti, in hoc Apocalypſeos exponunt loco *Hugo de S. Caro. Sacramentum*, inqvit, *vel myſterium eſt, ubi aliud dicitur, aliud intelligitur.* Paria habet *Gloſſa Ordinaria, Riehardus S Victoris, Alexander ab Ales & Dionyſius Carthuſianus.* Qvare cum myſterium non eas duntaxat res notet, qvæ prima refert fronte, ſed & alias, qvarum illæ ſunt figuræ: utiq; epiſtolarum eccleſiæ, qvarum myſterium Johannes ſcribere jubetur, non ſolæ ſunt Aſiaticæ, qvas Johannes nominatim meminit, ſed præter eas aliæ qvoq; ab ipſo non nominatæ. Neq; eſt qvod dicas, in ſola voce lychniarum, qvam Johannes de eccleſiis interpretatur, conſiſtere hoc myſterium. Nam longe latius tendit, & ad res etiam, qvæ nomine lychniarum comprehenduntur, eccleſiasq; ipſas, qvas epiſtolæ intelligunt ſpectat, ut eæ qvoq; ſint myſterium. Ideo *Gloſſa ordinaria*, poſtqvam dixerat, myſterium eſſe ubi aliud videtur, aliud intelligitur, & angelum lychnias haſce interpretari de eccleſiis, adjunctasq; iis ſtellas de angelis, addit: *allegoriam angelus in parte aperit, ut doceat ubiq; debere reqviri.* Et prædictus *Hugo de Sancto Caro*, idem ipſum dicens

adjicit, *omnia myſticè debere exponi.* Qvibus ſimilia qvoq; *Alexander ab Hales.*

3. Deinde eas per eccleſias, ſolas Aſiaticas non intelligi, inde qvoq; probatur, qvod in qvavis epiſtola hæcce reperiantur verba. *Qvi habet aures audiendi audiat, qvid ſpiritus dicat eccleſiis*. Qveis ex verbis planum eſt, unaqvaq; in epiſtola, plures intelligi eccleſias, adeoq; non illam duntaxat Aſiaticam, qvam titulus præfert epiſtolæ, ſed alias qvoq;. *Deniq;* idem inde qvoq; probatur, qvod uti deinceps num. 4 & ſeqq eſt demonſtratum, in epiſtolis illis præter ſeptem Aſiaticas, omnes eccleſiæ Chriſtianæ, ad ſeptem claſſes reductæ, intelligantur qvoq;. Nam ſi omnes qvoq; intelligantur eccleſiæ, neceſſe eſt ſolas ſeptem Aſiaticas, intelligi haud qvaqvam.

4. Alterum caput probandum hocce erat,

Eas eccleſias, qvæ præter ſeptem Aſiaticas intelliguntur, eſſe omnes eccleſias Chriſtianas, reductas ad ſeptem claſſes.

Hoc primo probatur, ex myſticè hic accepto numero ſeptenario, & qvod Johannes epiſtolas ſcripturus, Apoc. 1. v. 20. jubeatur ſcribere myſterium ſeptem ſtellarum, & ſeptem lychnias vel eccleſias, id eſt ſeptem lychniarum vel eccleſiarum myſterium. Atq; is ſeptenarius myſticus, eſt qvoq; in idem notantibus ſeptem lychniis ſive lucernis, tam Moſis Exod. 25. & 37. qvam etiam Zachariæ, in ipſius prophetiæ capite 4. v. 2. Septenarius autem my-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſtice acceptus, præter ſeptem qvas complectitur unitates, univerſitatem qvoq; deſignat. Itaq; *Beda* in Apoc 1. v 20. *Univerſitas*, inqvit, *numero ſeptenario deſignari ſolet* Et poſtea. *In ſeptenario omnis plenitudo conſiſtit* Sic & *Primaſius* in Apoc. 1. ſub initium, *Septenario*, ait, *numero univerſitas figuratur.* Qvibus paria *Auguſtinus* de Civitate Dei, libri 17. cap. 4. & paſſim interpretes ad Apocalypſeos primum, Eſaiæ tertium & Proverbiorum nonum caput.

5. *Deinde* idem illinc probatur, qvod eccleſiæ qvæ in epiſtolis potiſſimum & præter Aſiaticas intelliguntur, ſint eæ qvæ in ſcripturis ſeptem lychniarum vel lucernarum figurantur imagine, nempe in Moſaici tabernaculi lucernis Exodi 25. & 37. & in denuo repetitis ſeptem lychniis vel lucernis, tum Zach. 4. v. 2. tum Apoc. 1. v. 12. nec non Apoc 2. v 1. Nam epiſtolas ſcripturus Johannes, ut antea qvoq; diximus, Apoc. 1. v. 20, ſeptem lychnias ſcribere qvoq; jubetur. Scribe, inqvit, vox divina, myſterium ſeptem ſtellarum --- & ſeptem aureas lychnias --- ſeptem lychniæ ſunt ſeptem eccleſiæ. Atq; facit qvoq; id Johannes, & ut juſſus eſt, epiſtolarum eccleſias vel lucernas, ſive de illis ſcribit. Et in prima qvoq; epiſtola Chriſtum introducit, tum ejusdem in initio, oſtendentem ſemet eſſe eum, qvi in medio ambulat lychniarum, tum deinceps primæ eccleſiæ angelo minantem, niſi reſipuerit, ſe lychniam ejus de ſede ſua eſſe moturum. Con-

ſtat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſtat itaq;, eccleſias epiſtolarum potiſſimas, & qvæ præter Aſiaticas intelliguntur, eſſe qvæ in ſcripturis ſeptem lychniarum repræſentantur figura. At ſub lychniarum ſeptem figurâ, repræſentatæ in Scripturis eccleſiæ, ſunt Chriſtianæ, eæq; non qvædam ſed omnes. Id qvod ſic probatur. Qvod lychniis ſignificentur eccleſiæ docent verba Apoc. 1. v. 20. Septem lychniæ ſunt ſeptem eccleſiæ. Et qvod eæ eccleſiæ ſint Chriſtianæ & qvidem omnes Chriſtianæ, non modo inde liqvet, qvod a Zacharia capite 4 ſint prædictæ, qvippe in generalibus ſuis prophetiis, qvalis hæc de ſeptem lucernis exiſtit, Chriſtiani populi negotia & qvidem generalia prænunciante: ſed etiam ex eo, qvod tabernaculi Moſaici lucernis ſint præfiguratæ, adeoq; in lege Moſaica cærimoniali præſignificatæ. Nam lex ea, ut eſt Heb 10: umbram habuit futurorum, hoc eſt Novi Teſt. bonorum: & in ſuis communioribus, qvales tabernaculi erant lucernæ, generalia & qvæ totius ſunt eccleſiæ Chriſtianæ adumbravit. Adeoq; cum hiſce ſuis lucernis eccleſias ſignificarit, neceſſario Chriſtianas easq; omnes ſignificavit.

6. *Tertio* eccleſias qvæ præter Aſiaticas & potiſſimum in epiſtolis reſpiciuntur, eſſe omnes Chriſtianas eccleſias, id qvoq; docet, qvod ſint eæ eccleſiæ, in qvarum medio Chriſtus eſt ambulatq;, veluti Apoc. 1. v. 13. & cap. 2. v 1. oſtenditur. Nam in omnium eccleſiarum Chriſtianarum medio Chriſtus eſt & ambulat. Ideo Matth. 28, ad

omnes

omnium temporum Chriſtianos ait. Ecce omnibus diebus, usq; ad conſumationem ſæculi, ſum vobiscum: & Matth 18 ubi duo aut tres in meo nomine congregati fuerint, ibi in medio ſum eorum. *Quartò*, eccleſiæ, de qvibus in apocalypticis epiſtolis, potisſimum agitur, ſunt illæ qvarum ſtellas id eſt docentes, Chriſtus in ſua habet manu. Nam ſeptem illæ ſtellæ, qvarum myſterium Johannes, epiſtolas qvoq; ſcribendo, Apoc. 1. v. 20. ſcribere jubetur, Chriſtus Apoc. 3. v. 1. dicit ſe habere, & Apoc 2. v. 1 in dextra habere. Atq; Apoc 1. v. 16. apparet qvoq; eas in dextra habens. Omnium autem Chriſtianarum eccleſiarum ſtellas, ſive docentes in manu ſua habet Chriſtus: qvippe omnes ſuos, ut eſt Joh 10. v. 28 Et Eſai 62. v. 4 in manu habens, & peculiariter qvoq; docentes, uti Eſaiæ 51. v. 16. oſtenditur, umbrâ etiam manus ſuæ protegens.

7. *Qvinto* & ultimo, illæ eccleſiæ, qvæ apocalypticis in epiſtolis, præter Aſiaticas & potiſſimum reſpiciuntur, ſunt de qvarum qvoq; negotiis in tota agitur Apocalypſi. Nam primò ſunt, uti antea num. 2. & 5. eſt oſtenſum, eccleſiæ per ſeptem lychnias repræſentatæ. At eccleſiæ qvæ per ſeptem lychnias repræſentantur, ſunt de qvibus in toto agitur libro. Ideoq; etiam Johannes Apoc. 1. v 12. omnium primo videt ſeptem illas lychnias. Ideo etiam tam ſæpe, etiam in ſcripti exordio, primoribusqve partibus, earundem lychniarum facit mentio-

nem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

nem, nempe cap. I. v. 12, 13 & 20. nec non cap. 2. v. 1 & 5. Et ea etiam de cauſa *Hugo de S. Caro* in Apoc. 1 ad verba, vidi ſeptem lychnias, ait eas lychnias eſſe *quaſi ſubjectum totius libri*. Deinde eædem, de qvibus in epiſtolis potiſſimum agitur ecclesiæ, ſunt etiam illæ, de qvibus in clauſula libri cap. 22, v. 16. Chriſtus dicit: ego Jeſus miſi angelum meum, qvi teſtaretur vobis hæcce de eccleſiis. Nullæ enim aliæ, qvam epiſtolarum eccleſiæ, proxime antea erant diſerte commemoratæ. Nam inde usq; ab Apocalypſeos 3. v. 22. ubi epiſtolarum eccleſiæ ultima vice nominantur diſerte, usq; ad citata cap. 22. v. 16. verba, nusqvam in Apocalypſi nomen occurrit eccleſiæ. Liqvet itaq;, eccleſias, qvæ in epiſtolis potiſſimum reſpiciuntur, eſſe eas de qvibus in clauſula libri Apoc. 22. agitur. At eæ de qvibus illic in clauſula ſcripti agitur, ſunt de qvarum rebus tota apocalypſis agit: qvippe ad qvas cuncta antea dicta, adeoq; totus liber refertur. Conſtat igitur, eccleſias eas, qvæ in epiſtolis potiſſimum & præter Aſiaticas reſpiciuntur, eſſe illas, de qvibus tota apocalypſis agit, & qvæ apocalypſeos ſunt ſubjectum. Eæ autem eccleſiæ, de qveis tota apocalypſis agit, ejusq; ſunt ſubjectum, certum eſt, omnes Chriſtianas eſſe eccleſias.

8. Conſtat ergo, eccleſias de qvibus apocalypticis in epiſtolis potiſſimum, & præter Aſiaticas ſeptem eccleſias agitur, omnes Chriſtianas eſſe eccleſias. Qvæ & veterum de illis fuit ſententia. *Vi-*

ctorinus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Vittorinus martyr, primus, juxta Anſbertum, apocalypſeos interpres, ad verba cap. 1. Septem ſtellæ ſunt ſeptem eccleſiarum angeli: *ſeptem eccleſias* ait *omnes eſſe*, & ſeptem nominatas unam eſſe catholicam. Eodemq; revocat prophetiam Eſaiæ 3. ſeptem mulieres prehenſuræ ſunt unum virum: easdemq; ſeptem mulieres, de ſeptem Novi Teſt. interpretatur eccleſiis, uni viro Chriſto ſe dedentibus. *Rupertus* in Apoc. 1. *Septem*, inqvit, *candelabra, ſeptem, id eſt, omnes eccleſiæ ſunt. Et Johannes ſeptem eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, idem nobis ſit, ac ſi dixiſſet, Johannes omnibus eccleſiis quæ ſunt in mundo.* Idemq; eô figuratum eſſe addit, qvod Deut. 7. & 14. Deus legatur ſeptem gentium terram Iſraelitis dediſſe. *Anſbertus* in Apoc. 1. *Quid*, inqvit, *in ſeptem eccleſiis, niſi univerſalis eccleſia figuratur, cujus univerſitas per ſeptenarium numerum* exprimitur? *Andreas Cæſarienſis* in eundem Apocalypſeos locum. *Numero*, ait, *hoc ſeptenario, eccleſiarum quæ ſunt ubiq;, & in omnibus locis myſterium* (ſcriptor) *complexus eſt.* Gregorius *Magnus* homil 15 in Ezechielem. *In Johannis Apocalypſi ſeptem eccleſiis ſcribitur, per qvas una catholica deſignatur.* Idem in alia neſcio qva homilia, prout ipſum citari video: *Sicut ſeptem*, inqvit, *diebus, omne tempus abſolvitur: ita per ſeptem eccleſias, omnes totius orbis Chriſtiani comprehenduntur.* Dionyſius *Carthuſianus* in Apoc 1. articulo 1. *Per has ſeptem eccleſias, univerſæ deſignantur eccleſiæ, qvoniam ſeptenario univerſitas ſignificari ſolet, eò qvod ſeptem dierum numerô omne*

tem-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

tempus comprehendatur, & ſeptem diebus omne tempus evolvatur. Beda in Apoc. 1. ad verba, Johannes ſeptem eccleſiis. *Per has ſeptem eccleſias, omni eccleſiæ ſcribit. Solet enim univerſitas, ſeptenario numero deſignari.* Auguſtinus de civitate Dei, libri 17. cap. 4. *Johannes ad ſeptem ſcribit eccleſias, eo modo ſe oſtendens ad urius plenitudinem ſcribere. Et in Proverbiis Salamonis, hoc ante præfigurans ſapientia, ædificavit ſibi domum & ſuffulſit columnas ſeptem.* Atq; paulo antea dixerat, *numero ſeptenario univerſæ eccleſiæ ſignificari perfectionem. Sic ibi Auguſtinus. Idem Auguſtinus*, aut alius vetus ſcriptor, ejus ſub nomine, homilia 1. in Apocalypſin, *ſeptem eccleſias*, ait, *omnes eſſe & unam eſſe catholicam.* Et addit *ſeptem eccleſiis, quibus Johannes ſcribit, intelligitur una eccleſia catholica propter ſeptiformem gratiam.* Item. *Septem candelabra*, inqvit, *eccleſia catholica eſt.* Similia *Primaſius* in Apoc. 2, *Iſidorus* Originum libro 8. cap 1. & in Apoc. 1. *Lyranus, Richardus S. Victoris*, & plures alii. Ex recentioribus qvoq; inter noſtrates eodem fere vergens, *Joh. Gerhardus* in Commentario ad Apoc. I. v. 4. ait, *ſub nomine ſeptem eccleſiarum, Johannem reſpicere ad univerſam eccleſiam, qvia numerus ſeptenarius ſacris in literis perfectionem & univerſitatem ſignificat.* Sic ille. Qvod vero *Hermannus Witſius* libro 3 Miſcellaneorum, num. 134. ait *Bedam*, & alios omnes veteres, dicentes per ſeptem has eccleſias, intelligi omnes, eô nihil aliud voluiſſe, qvam qvæ hiſce ſeptem eccleſiis dicuntur, communicationis & utilita-

litatis cauſa, ex earum monitis & exemplis percipiendæ, omnibus poſſe accommodari: merum eſt figmentum. Nam eorundem veterum multi, ſi non omnes, ſeptem Aſiaticis eccleſiis, revera omnes ſubintelligi eccleſias, voluerunt qvoq; ſicut & allegata eorundem verba docent; nonnulli qvoq; & in iis idem ille tanqvam contrarium ſentiens, fruſtra allegatus *Beda*, dixerunt qvoq; ſeptem hæc Aſiæ loca, totius eccleſiæ Chriſtianæ eſſe figuram. Verba numero 9. deinceps ſunt allegata. Manet itaq; ſalvum, multos qvoq; veteres ſtatuiſſe, ſeptem Aſiaticis in eccleſiis, non merô accommodationis modô, ſed revera qvoq; omnes intelligi eccleſias. Probatum itaq; eſt, eccleſias ſeptem, qvæ præter ſeptem Aſiaticas, in epiſtolis intelliguntur, eſſe omnes eccleſias Chriſtianas.

9. Qvod vero, eædem omnes eccleſiæ Chriſtianæ, qvæ præter Aſiaticas in epiſtolis intelliguntur, ſint eccleſiæ Chriſtianæ ſeptem generales, ſive qvod idem eſt, omnes ad ſeptem reductæ claſſes, inde probatur, qvod & omnes ſint, & ſimul revera ſeptem. Nam ſi ſunt tales omnes eccleſiæ, qvæ ſimul revera ſunt ſeptem, omnino ſunt ſeptem generales eccleſiæ, ſive omnes eccleſiæ ad ſeptem claſſes reductæ. Eſſe autem eas omnes ſimul & ſeptem, eſt manifeſtum. Nam omnes eſſe jam antea num. 4. 5. 6. 7. & 8 eſt probatum. Qvod autem ſimul ſint revera ſeptem inde probatur, qvod primò numerus ſeptenarius univerſitatem deſignans, ſimul

plerum-

plerumq; ſeptem adſignificet unitates, neq; ab eo qvod plerumq; fit, in numeris apocalypticis ſine neceſſitate, qvæ nulla heic eſt data, ſit recedendum. *Deinde* qvod tot generales epiſtolarum ſint eccleſiæ, qvot ipſæmet ſunt epiſtolæ, nec non qvot in iis Aſiaticæ nominantur eccleſiæ. Qvælibet enim epiſtola, præter Aſiaticam eccleſiam, qvam nominat, intelligit ſimul generalem qvam non nominat: & qvælibet qvoq; Aſiatica eccleſia, repræſentat ſuam peculiarem ſibi reſpondentem generalem eccleſiam. Qvare cum revera ſeptem ſint epiſtolæ, & revera qvoq; ſeptem Aſiaticæ earum ſint eccleſiæ, omnino conſeqvitur, revera qvoq; ſeptem generales epiſtolarum eſſe eccleſias. *Deniq;* idem inde qvoq; probatur, qvod hæ generales epiſtolarum eccleſiæ, & præter Aſiaticas intellectæ, tot exiſtant, qvot ſunt iis reſpondentes lychniæ: lychniis enim, ſicut antea oſtenſum, hæ qvoq; generales ſignificantur eccleſiæ. Qvare cum eæ lychniæ tam in tabernaculo apud Moſen, qvam in viſione apud Zachariam cap. 4, nec non Johannem Apoc. 1 v. 12. & 20. atq; cap 2 v. 1. ſint revera ſeptem, generales qvoq; epiſtolarum eccleſiæ, & qvæ præter Aſiaticas in ipſis intelliguntur, ſunt revera ſeptem. Et nihil refert, ſive plures lampades, qvælibet habuerit lychnia, uti veritatem ad obſcurandã, *Witſius* dicto Miſcellaneorum 3 libro, num. 115 fruſtra finxit: ſive potius unicam tantum lampadem qvælibet continuerit. Nam nihilominus revera ſeptem fuerunt

lychniæ, iisq; ſeptem reſponderunt eccleſiæ. Si autem reqviſiveris, qvomodo apocalypticis in epiſtolis, tam omnes generales, ſive ad ſeptem claſſes reductæ, qvam etiam cum illis ſeptem Aſiaticæ intelligantur: in promtu eſt reſponſio: ſeptem Aſiaticas ibi proponi, ut typum atq; figuram: ſeptem autem generales, ut antitypum. Itaq; *Beda* in Apoc. 1. ad verba, Mitte ſeptem eccleſiis: Iſta ſeptem inqvit, *loca figura ſunt totius eccleſiæ ſeptiformis.* Et *Primaſius* ad verba Apoc. 2. ſcio ubi habitas; *iſtis ait ſeptem locis, tota ſeptiformis figuratur eccleſia.* Sic illi. Atq; ne mirum ſit, typos in Novo qvoq; reperiri Teſt. eſt id antea Schediaſmatis 1. num. 4. probatum. Atq; *Brochmannus* qvoq; in Confutatione Apologiæ, parte tertia p. 2164. *omnia prope qvæ in apocalypſi ſunt, typica & figurata eſſe* ait. Si autem dixeris, duplicem ſic fore epiſtolæ cujusvis apocalypticæ ſenſum: alias qvoq; in ſcripturis id fieri, & qva ratione, eodem Schediaſmatis ejusdem loco, & in Phosphori apocalyptici Addendis num. 4., nec non in *Scherzeri* Breviario Hulſemanniano, cap. 1. uti & Breviarii ipſiusmet Hulſemanni cap. 1. theſi 8. juxta ac Prælectionibus in Breviarium cap. 1. theſi 9. eſt oſtenſum.

10. Hactenus ſecundum, qvod de epiſtolarum eccleſiis periodisq;, erat demonſtrandum: ſeqvitur nunc tertium, nempe.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Generales ſeptem eccleſias, qvæ apocalypticis in epiſtolis, præter Aſiaticas intelliguntur, eſſe eccleſias Chriſtianas generales, reductas ad ſeptem ætates periodosq;

Hoc verum eſſe ſic probatur. Septem epiſtolarum ſeptem eccleſiæ generales, ſunt ſeptem generales eccleſiæ, ratione ſeptem aut affectionum, aut locorum, aut temporum, aut mixtâ aliqva ex iis ratione. Sed non ſunt ſeptem generales eccleſiæ, ratione ſeptem affectionum: neq; etiam ratione ſeptem locorum, neq; deniq; mixta ex his ratione & qvæ ad ſeptem non recidit tempora. Ergo qvod unicum reſtat, ſunt ſeptem generales eccleſiæ ratione ſeptem temporum, ſive ſunt ſeptem temporum generales eccleſiæ: vel qvod eodem recurrit, ſeptem totius eccleſiæ Chriſtianæ periodi. Major argumenti certa eſt. Non enim aliter in epiſtolis, eæ ſeptem generales repræſentari poſſunt eccleſiæ, qvam in ſeptem notabilioribus, & ab invîcem diſtinctis, aut affectionib9, aut locis, aut temporib9, aut mixta aliqva ex iis ratione temporaq; ſimul comprehendente. Ad ea enim 4. genera, qvæcunq; forent repræſentationis diverſitates, neceſſum eſt recidant tandem. Minor autem argumenti, per partes ſic probatur.

II. *Primum* membrum, ſive qvod epiſtolarum ſeptem generales eccleſiæ, non ſint ſeptem, certarum ſeptem, & ab invicem diſtinctarum notabiliorumq; affectionum ratione merâ, inde liqvet: qvod ſi ſic

eſſet, fieret id propterea, qvod qvævis epiſtola, ſuam generalem & a cæteris diſtinctam eccleſiam, exhiberet, ratione certæ aut virtutis, aut afflictionis, aut charismatis ſive ſpiritualis doni: talesq; ſeptem generales eccleſiæ, a ſeptem temporum eccleſiis diverſæ & diſtinctæ, in eccleſiaſtica qvoq; reperirentur hiſtoria. Id qvod neutiqvam fit. Nam ſeptimæ epiſtolæ eccleſia, neq; virtutis, neq; afflictionis, neq; charismatis ratione laudatur. Et qvæ dictarum affectionum, in reliqvis commemorantur epiſtolis eccleſiisq;, ſæpe etiam eædem in diverſis occurrunt. Neq; etiam eccleſiaſtica in hiſtoria, ſeptem generales eccleſiæ, juxta ſeptem tales affectiones diſtinctæ qvæ qvidem a ſeptem temporum eccleſiis eſſent diverſæ, occurrunt reperiunturq;.

12. *Alterum* minoris membrum, ſive generales ſeptem epiſtolarum eccleſias, non eſſe ratione ſeptem locorum intellectas, liqvet partim inde, qvod Chriſtus novo in fædere, gratiam ſuam ad certa non alligarit loca: partim illinc, qvod nec Johannis tempore, nec deinceps, ſeptem ratione locorum generales eccleſiæ, & qvales in epiſtolis repræſentantur exſtiterint fuerintq; Nam qvæ Johannis tempore, erant ſeptem Aſiaticæ eccleſiæ, non erant ſeptem generales, ſed particulares eccleſiæ: & multæ tunc temporis, aliæ qvoq; celeberrimæ erant eccleſiæ, nimirum Romana, Corinthiaca, Philippenſis, Theſſalonicenſis, Cretenſis, Coloſſenſis, Antiochena, Hieroſolymitana & plures ſimiles. Atq; ſi eæ A-

ſiati-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſiaticis illis ſeptem accenſeantur, univerſæ non ſeptem, ſed potius qvindecim aut plures reperientur. Qvæ etiam generales eccleſiæ, poſt Johannis exſtitere tempora, nempe generales patriarchatus, qvi & dicebantur archiepiſcopatus, atq; primatus, neq; exacte ſeptem deprehenduntur, ſed aut plures aut pauciores. Pauciores qvidem, ſi illuſtriores & præcipui duntaxat numerantur: qvippe qvi qvinq; duntaxat fuiſſe referuntur, nempe patriarchatus Hierotolymæ, Antiochiæ, Alexandriæ, Conſtantinopoleos & Romæ. Itaq; *Carolus a. Paulo*, in Geographia ſacra libro primo. *Qvinq;*, inqvit, *ſunt tantum patriarchatus.* Et Notitiarum antiqvarum, qvas in ejusdem operis Parergo edidit, duæ, nominatos antea qvinq; patriarchatus enumerant duntaxat. Plures qvam ſeptem reperiuntur, qvando una cum illis qvinq; præcipuis, minus illuſtres & minus præcipui ſimul numerantur, nempe Bagadenſis vel Babylonius, Armenius, Iberienſis, Theſſalonicenſis qvi poſtea mutatus eſt in Juſtinianum primum, vel primæ Juſtinianæ patriarchatum, Africanus, Aqvilejenſis, Gradenſis, Ravennas, Toletanus, Bracarenſis, Arelatenſis, Lugdunenſis, & plures: de qvibus *Salmaſius* in libro de primatu Papæ cap. 14. 15. 17. & 18. atq; *Petrus de Marca*, in libro de primatibus, numero 3. 20. 22. 26. 27. & 47.

13. *Tertium* & ultimum minoris membrum erat, qvod generales epiſtolarum eccleſiæ, non ſint ſeptem, aliqva tali ex affectionibus, locis & tempori-

bus mixta ratione, qvæ ad ſeptem non recideret tempora. Hoc inde probatur, qvod hæ eccleſiæ, affectionum ſeptem ratione, qvæ ad ſeptem non recideret tempora, non ſint ſeptem, ſicuti in primo minoris membro eſt oſtenſum. Nam inde ſeqvitur, qvod mixtâ ex locis, affectionibus & temporibus ratione, qvæ ad ſeptem non recideret tempora, neq; ſint ſeptem. Idem qvoq; inde probatur, qvod ſi aliqva tali mixta ratione forent ſeptem, qvæ ſeptem excluderet tempora, & ad ea, adeoq; ad omnia tempora non recideret tandem, tunc ſeptem hiſce eccleſiis, non omnes Chriſtianæ intelligerentur eccleſiæ, ſed duntaxat qvædam & certorum tantummodo temporum: cum tamen, ſicut num. 6 eſt probatum, revera omnes intelligantur, adeoq; & omnium temporum eccleſiæ. Qvæ cum ita ſint, Minor qvoq; argumenti eſt probata, firmaqve perſtat concluſio, epiſtolarum eccleſias ſeptem generales, eſſe ſeptem generales eccleſias, ratione ſeptem temporum ſpectatas, vel qvod idem eſt, ſeptem temporum generales eccleſias, adeoq; ſeptem totius eccleſiæ Chriſtianæ periodos. Cum eoq; convenit, qvod Chriſtus Apoc. 2. v. 1. in medio ſeptem lychniarum, ſive eccleſiarum harunce ambulare dicatur. Ambulatio enim illa, temporum reſpicit fluxum, in qvibus Chriſtus ſuæ ſemper adeſt eccleſiæ. Sicut enim tempus it & meat: ſic & eccleſiæ hæ eunt meantq;, & aliæ in aliis exiſtunt ætatibus: cumq; illisq; unà meat vel ambulat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Chriſtus, qvatenus ſua gratiâ, omnibus eccleſiæ Chriſtianæ ætatibus periodisq; adeſt, juxta promisſionem Matth. 28. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus usq; ad conſummationem ſæculi. Et reperti qvoq; veteres, qvi has ſeptem generales eccleſias, ſimiliter dixerunt eſſe ſeptem temporum eccleſias, ſive eccleſias ſeptem ſucceſſivas. In qvibus *Hugo de S. Caro.* Nam ad Apoc. 1. poſtqvam dixerat, has ſeptem eccleſias, eſſe univerſalem eccleſiam, qvæ per ſeptenarium deſignatur, addit, eam ſic exprimi, *propter ſeptem ſtatus eccleſiæ, qvos habitura eſt, usq; in finem ſæculi, eosq; ſtatus per ſeptem Aſiæ eccleſiarum deſignari nomina.*

14. Qvartum qvod erat probandum, hocce exiſtit,

Generales apocalypticarum epiſtolarum eccleſias, vel earum periodos, initio eccleſiæ Chriſtianæ militantis, ſive initio miniſterii Chriſti incipere, & in ejusdem mundiq; fine deſinere.

Hoc verum eſſe, illinc probatur, qvod illæ epiſtolarum generales eccleſiæ, ut antea numero 4. & ſeqventibus eſt oſtenſum, ſint eccleſiæ Chriſtianæ omnes. Nam ſi ſunt eccleſiæ Chriſtianæ omnes, neceſſe eſt, primo eas incipere, cum eccleſia Chriſtiana militans incipit, adeoq; initio miniſterii Chriſti: qvandoqvidem ante illud miniſterii Chriſti initium, Judaica modò erat eccleſia, non autem

Christiana, qvæ tunc demum, cum Chriſtus cæpit publice docere, diſcipulosq; facere, ſive in miniſterii ipſius exordio vel primo anno ſuum habuit initium. Deinde, ſi ſunt eccleſiæ Chriſtianæ omnes, neceſſum qvoq; eſt, eas finiri atq; deſinere, cum omnis & tota eccleſia Chriſtiana militans finitur deſinitq;, adeoq; in fine mundi: qvandoqvidem eccleſia Chriſtiana militans, ad finem usq; mundi durabit. Cum illoq; concordat etiam, qvod ut antea, numero 7. eſt oſtenſum, hæ ſeptem generales eccleſiæ in apocalypſeos clauſula, memorentur ut apocalypſeos ſubjectum, & de qvo tota apocalypſis agit. Illud enim ſubjectum, de qvo tota apocalypſis agit, usq; ad eccleſiæ Chriſtianæ mundiq; finem durat.

15. Qvintum & ultimum, qvod erat probandum, hocce exiſtit.

Generalium in epiſtolis eccleſiarum periodos, easdem eſſe atq; ſigillorum & tubiciniorum periodos.

Hoc inde probatur, qvod tam generalium in epiſtolis eccleſiarum periodi, qvam etiam ſigillorum & tubiciniorum periodi, non modò æqvè multæ exiſtant ſive ſeptem, ſed & idem initium eundemq; finem habeant. Nam primo, ut ſigillorum & tubiciniorum periodi ſeptem ſunt, ſic etiam epiſtolarum periodi, ſeptem ſunt: nempe tot qvot epiſtolarum generales eccleſiæ exiſtunt. Septem enim epiſtolarum eccleſiæ generales, uti numero 11.

eſt oſtenſum, ſunt ſeptem ſucceſſivæ, ſive ſeptem temporum eccleſiæ: adeoq; ſeptem qvoq; earundem tempora ſive periodi exiſtunt. *Deinde*, ut ſigillorum & tubiciniorum periodi, ab initio eccleſiæ Chriſtianæ militantis, & in ejusdem mundi fine deſinunt, ſic etiam, uti numero 14 eſt oſtenſum, eccleſiarum epiſtolicarum periodi, ab initio eccleſiæ Chriſtianæ militantis incipiunt, & in ejus mundiq; fine deſinunt. Adeoq; periodi epiſtolarum, ſigillorum & tubiciniorum, idem habent, & initium, & finem, & numerum partium. In tanta autem & initii, & finis, & partium convenientia, tota qvoq; convenire & eadem eſſe merito ſtatuuntur creduntur q;. Prophetiarum enim ætates, qvæ uno & eodem tempore incipiunt, nec non uno & eodem tempore deſinunt: tum & æqve multas utræq; habent partes, interpretando, non poſſunt pro aliis, qvam pro iisdem haberi ætatibus, maxime deficiente omni juſta & ſolida, qvæ contrarium comprobaret ratione & argumento. Niſi etiam periodi, tam epiſtolicarum illarum eccleſiarum, qvam etiam ſigillorum & tubiciniorum ſint eædem, eccleſiæ Chriſtianæ periodi univerſæ, plures neceſſario erunt qvam ſeptem, ſiqvidem epiſtolicarum eccleſiarum, ſeptem, uti monſtratum eſt, ſunt periodi, & totidem qvoq; ſigillorum & tubiciniorum periodi. Sed, veluti Schediasmate decimo eſt oſtenſum, Chriſtianæ apocalypſeos periodi, non plures ſunt qvam ſeptem. Ergo neceſ-

ſariò ſeqvitur, epiſtolarum, ſigillorum & tubiciniorum periodos eſſe easdem. Conſtat ergo, apocalypticis in epiſtolis, non modo eſſe ſeptem periodos Chriſtianas, ſed & easdem illas eſſe, atq; ſeptem ſigillorum tubiciniorumq; periodos. Id qvod erat demonſtrandum.

17. Supereſt nunc, ut adducta a Viris Clarisſimis, *Hermanno Witſio*, in Miſcellaneorum libro 3. & *Johanne Markio*, præfatione commentarii apocalyptici, aliisq; diſſentientibus, contra apocalypticarum epiſtolarum periodos, reſolvamus argumenta: qvæ qvidem alicujus videri poſſunt momenti, & noſtram qvoq; de earundem epiſtolarum periodis ſententiam poſſunt attingere. Nam de iis, qvæ aut mere rhetorica ſunt, aut adverſus illos ſolos diriguntur, qvi diverſum a nobis hic ſentiunt, atq; aut periodos conſtituunt inæqvales, aut mere propheticum duntaxat, & nullo pacto hiſtoricum, epiſtolis dicunt ineſſe ſenſum: & propterea ad rem non pertinent, nosmet hic laborare, ſollicitosq; eſſe, non eſt opus. *Primum* & potiſſimum hoc eſt argumentum: *futura, qvæ Johannes in apocalypſi denunciat, poſt epiſtolas repræſentatas, & capite demum qvarto incipere: ſiqvidem ejusdem capitis verſu 1. Johanni vox, ipſum ut antea tubæ alloqvens more dicit, aſcende huc & oſtendam tibi, qvæ poſthæc fieri oportet. Itaq; futura in epiſtolis non denunciari, adeoq; nullas ſeptem in illis eſſe periodos.* Sed falſum eſt, argumenti principium fundamentumq;, futura qvæ in apocalypſi denunciantur,

tur, poſt epiſtolas repræſentatas, & in qvarto demum incipere capite. Nam totum apocalypſeos ſcriptum, futura denunciat, & in ipſo ejus initio capitis 1. verſu primo, hæc leguntur verba: *apocalypſis Jeſu Chriſti qvam dedit ei Deus, ut oſtenderet ſervis ſuis, qvæ brevi oportet fieri.* Qveis ex verbis planum eſt, totum apocalypſeos opus eſſe propheticum, futuraq; denuncians, non autem capite demum qvarto, adeoq; octava circiter operis parte propoſita, futurorum demum incipere prænunciationem. Atq; ipſas qvoq; epiſtolas exaraturus Johannes, capitis primi verſu 19. & 20. jubetur ſcribere, non modo, *qvæ vidit, & qvæ ſunt*, ſed etiam *qvæ futura ſunt.* Unde manifeſtum eſt, jam ante caput qvartum & in ipſis qvoq; epiſtolis futura proponi. Itaq; *Beda* in ea capitis 1. verba, Johannem iis verbis juberi ſcribere, *varios eccleſiæ labores, & malos in ea cum bonis, usq; in finem ſæculi commiſcendos.* Atq; ad Apoc. 4. verſum primum, in epiſtôlis qvoq;, futuros eccleſiæ ſtatus doceri contendens ait, qvæ epiſtolas proxime ſeqvuntur, *recapitulare qvæ* antea erant prædicta. Neq; obſtant allegata, ex Apoc. 4. verſu 1. verba, *oſtendam tibi, qvæ poſthæc oportet fieri.* Nam qvod ibi promittantur, futura eſſe oſtendenda, non prohibet, qvò minus antea qvoq; oſtenſa ſint futura. Unius enim poſitio, non eſt alterius excluſio: & ſæpe eadem in ſcripturis maxime propheticis repeti ſolent. Atq; *Beda*, ad ea capitis qvarti verba, ubi dixerat, qvod ſupra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſupra meminimus, Johannem ibi recapitulationem incipere antea dictorum, cauſam ejus redditurus, addit, *totum tempus eccleſiæ, variis in hoc libro* (Johannes) *repetit figuris.* Sic ille. Tum & illa Apocalypſeos capite qvarto verba, de majori ex parte futuris, accipi poſſunt: talia enim ſunt, qvæ deinceps usq; ad finem apocalyp eos narrantur, qvippe qvæ futura maxime complectuntur, rariùs admixtis præſentibus. At talia non erant, qvæ in epiſtolis proponuntur, qvippe res peræqve præſentes & futuras complexa, ſive futuras præſentibus implicatas involutasq;. Septem enim Aſiaticæ eccleſiæ, qvarum qvoq; negotia, epiſtolis comprehenduntur, tanqvam ſeptem generalium eccleſiarum typi, non futuræ erant, ſed præſentes.

18. Secundum hoc ſit argumentum. *In epiſtola unaqvaq; promiſſiones & minas eſſe communes & conditionatas. tum & hæc communia ad attentionem excitantia adjungi verba, qvi aures habet audiendi audiat qvid ſpiritus dicat ecclſiis. Itaq; epiſtolas non pertinere, ad ſpeciales ſed ad generales eventus, nec ad eccleſias ſpeciales ſeptem, ſed ad ſingulos fideles.* Sed connexio eſt manifeſto falſa, ſiqvidem nimis apertum eſt, epiſtolarum qvamvis ad ſuam peculiarem dirigi eccleſiam, & primam ad ipſam qvoq; Epheſinam ſcribi, ſecundam autem ad Smyrnenſem & deinceps cæteras epiſtolas ad cæteras eccleſias. Neq; aliud ſeqvitur ex iis qvæ in antecedente afferuntur. Nam qvod ad *promiſſiones & minas attinet*, certum, eſt tum com-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

communes tum conditionatas promiſſiones minasqve, ad peculiaria ſæpe dirigi negotia hominesq;, qvod in iis ſpecialiter qvoq; ſint implendæ. Sic communis & generalis Matth. 10. promiſſio eſt, qvi confitebitur me coram hominibus, eum confitebor coram patre meo in cælis, & tamen ibi de peculiari negotio Apoſtolorum, ſolis duntaxat Judæis evangelium prædicaturorum dicitur. Et generalis promiſſio, venite ad me omnes qvi laboratis & onerati eſtis Matth. 11. itidem Judæis dicitur. Et tam communis, qvam conditionata promiſſio eſt Joh. 11. v. 40. Si credis Dei gloriam videbis, & tamen ibi Marthæ ſpecialiter dicitur, Dei gloriam in Lazaro reſuſcitando viſuræ. Itidem juxta communis ac conditionata promiſſio eſt, Joh. 15. v. 14. Amici mei eſtis ſi feceritis, qvæ ego præcipio vobis, & nihilominus ſolis apoſtolis ibi dicitur. Comminatio qvoq; communis eſt hæcce Matth. 3. v. 12. Omnis arbor non ferens fructum exſcindetur, qvæ tamen ibi ſolis Phariſæis atq; Saducæis proponitur. Atq; tam communis qvam conditionata comminatio eſt, hæcce Rom. XI v. 22 Niſi manſeris in bonitate, ex olea, id eſt ex eccleſia Chriſti exſcinderis: & ſpecialiter tamen Romanis, tanqvam in illis implenda, ſicut & in iis eſt impleta, eodem ad Romanos loco dicitur. Et paſſim canonicis in libris, tales communes conditionatæq;, tam minæ qvam promiſſiones, ad peculiares aut homines aut ſocietates gentesq;, tanqvam in iis ſpecialiter implendæ

legun-

leguntur. Qvod ad verba ſpectat, *attentionem excitantia, qvi habet aures audiendi audiat, qvid Spiritus dicat eccleſiis*, nihilo magis ex iis qvod eſt illatum concluſumq; ſeqvitur. Nam in illis eccleſiæ peculiares, ad qvas diriguntur epiſtolæ, & qvibus ſpiritus loqvitur, diſtingvuntur ab iis, qvi monentur audire qvid iis loqvatur. Neq; excitatio auditorum vel lectorum, ut id audiant efficit, ut ea peculiaribus iſtis eccleſiis non ſint dicta, ſed duntaxat, ut in ſolarum earundem excitationem non ſint dicta, ſed in aliarum qvoq;. Adeoq; contrarium illis qvæ diſſentientes inferunt, potius ex illis excitantibus ſeqvitur verbis, nempe epiſtolas illas ad ſpeciales eventus, peculiaresq; eccleſias pertinere qvoqve.

19. Tertium argumentum. *Si in epiſtolis, ſeptem periodorum eſſet ſucceſſio, tunc cum vitia & mala ſemper accreverint, poſtqvam graviter prima reprehenſa eſt eccleſia ſive Epheſina, adhuc gravius ſecunda ſive Smyrnenſis foret reprehendenda, & adhuc gravius reliqvæ: cum contrarium reperiatur factum, & vehementer reprehenſâ eccleſiâ Epheſinâ, laudetur Smyrnenſis & aliæ deinceps adhuc magis.* Sed qvamqvam ſpecioſum eſt hoc argumentum, verum tamen non eſt. Nam primum aſſumtio, ponens non vitia & vituperia increpationesq;, ſed laudes potius accreſcere, ſaltem ad qvintam usq; eccleſiam ſive Sardenſem, non eſt vera. Sextam enim ſive Philadelphenſem, hic in rationem venire, non eſt neceſſum, ſiqvidem ea periodum ſextam Chriſtianam repræſentat, in qva

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

per reformationem conſtat factam eſſe eccleſiæ tam in doctrina qvam in moribus renovationem. Ad qvintam inqvam usq; eccleſiam, verum non reperitur, laudes potius, qvam vitia & reprehenſiones increſcere. Nam prima eccleſia ſive Epheſina, luculenter ſatis laudatur, qvod patiens ſit, qvod non poſſit ferre malos, qvod probaverit dicentes ſemet apoſtolos eſſe, eosq; repererit mendaces, qvod propter nomen Chriſti laboraverit & non defatigata ſit. Ea qvæ ſane ampliſſima laus eſt. Neq; obſtat, reprehendi eam deinceps, qvod primam reliqverit charitatem, ſive non tam ferventem charitatis gradum habeat atq; initio, nempe in apoſtolis & eorum diſcipulis, habebat. Nam id non ad totam primam eccleſiam, ſed tantum ad nonnullos in ea ſpectat; ceu & ex eo liqvet, qvod antea laudetur tanqvam laborando propter Chriſtum minime defatigata. Et mos reprehenſionum laudumq; in epiſtolis eſt, ut licet ad totam qvam nominant dicantur eccleſiam, qvosdam tamen duntaxat, in ea ſæpe intelligant: de qvo plura in Schediasmatis 2. numero 23. dicta. Amplam ergo ſatis primæ eccleſiæ reperimus laudem. *Secunda* ſive Smyrnenſis eccleſia, nulla in re plus qvam Epheſina laudatur. Chriſtus tantum ſcire ſe dicit ejus afflictionem paupertatemq;, etiamſi dives qvoq; exiſtat: Item ſe ſcire blasphemiam ab illis qvi ſe dicunt Judæos. Ea qvæ omnia mediocria ſunt, & multo minora qvam ea, propter qvæ Epheſina laudatur. Et qvia tam pa-

rum

rum laudatur, in eo potius, ſuo modo vituperatur: parca enim laus, præſertim cum alii impenſe laudantur celebranturq;, inter vituperia haberi ſolet, ut ideo rhetores qvoq; dicere ſoleant, frigide vel leviter laudare, hoc ipſum eſſe vituperare. Atq id qvoq; obliqva qvædam eccleſiæ hujus Smyrnenſis reprehenſio eſt, qvod pauper dicatur, etiamſi ſimul dives ſit. Nam paupertas hæcce eò reſpicere videtur, vere piorum & virtutum, hac in eccleſia fuiſſe raritatem, etiamſi externarum & mundanarum opum divitiarumq; ſatis in ea adeſſet. Et ſane in periodo ſecunda Chriſtiana, cujus eccleſiam, ut ſuam antitypicam, hæc Smyrnenſis reſpicit, Chriſtianorũ maxime clericorũ cohors, opibus externis ditata, in virtutibus, membrisq; Chriſto vere addictis, ſicut & in Phosphori recenſu, numero 20. eſt oſtenſum, admodum pauper eſt facta. Atq; de opibus bonisq; temporalibus, qvibus per id tempus aucta eſt eccleſia, vulgare qvoq; veterum fuit verbum, per illa venenum in eccleſiam eſſe infuſum, filiamq; necaviſſe matrem. Gravius autem eſt omnino, mundanas inter opes, Chriſto vere addictos, habere paucos, ſpiritualiumq; virtutum parum qvid rarumq;, qvam qvod in prima vituperatur eccleſia, nonnullos reliqviſſe primam charitatem, vel non habere eam tam ferventem, atq; in apoſtolis eorumq; diſcipulis erat.

20. *Tertia* eccleſia ſive Pergamenſis, eo unicô laudatur, qvod *retineat nomen Chriſti ejusq; non negaverit*

ritir

rit fidem. Sed nihilominor fuit laus Epheſinæ eccleſiæ. Et vituperatio Pergamenſis qvæ adjungitur, qvod habeat, id eſt foveat tenentes doctrinam Bileami & Nicolaitarum, longe gravior eſt, qvam ea, qvæ antehac in Epheſina & Smyrnenſi erant vituperata, qvippe, qvæ erant tantum vitia morum, cum hic peſtifera qvoq; reprehendantur dogmata. *Qvarta* eccleſia ſive Thyatirenſis, in membris ſuis nonnullis qvidem laudatur, ab amore, fide, patientia, & operibus poſterioribus, pluribus qvam erant ejus priora. Id qvod in hujus temporis antitypica ſive periodi qvartæ, maxime completum eſt in Valdenſibus, poſtremo ejus periodi ſæculo exortis & apoſtolorum doctrinam vitamq; denuo reſtaurare conatis. Sed in aliis ſuis membis, eadem Thyatirenſis qvam graviſſime reprehenditur, qvod falſas & impias doctrinas in ſe doceri permittat, nempe dum pſeudoprophetidem Jeſabelem ſinit docere & ad ſcortandum Dei ſeducere ſervos. Qva vituperatione reprehenſioneq;, nulla in priorum epiſtolarum eccleſiis gravior reperitur. *Qvinta* eccleſia, ſive Sardenſis, nulla in re laudatur, ſed ſummum inmodum vituperatur, qvod nomen habeat viventis, etiamſi vere mortua ſit. Eô qvô indicatur, præter cætera morum & doctrinæ vitia, qvæ unà cum aliis & prioribus eccleſiis, habuerit communia, inſignem qvoq; hypocriſin in ea regnaſſe, & qvod nomen ſpeciemq; præ ſe tulerit pietatis, vitæq; ſpiritualis, cum revera impia & omni ſpirituali vi-

carens fuerit. Qvæ reprehenſio multo gravior eſt, qvam ulla priorum: hypocriſi enim nulla capitali- or veræ ſanctitatis & juſtitiæ eſt hoſtis. Liqvet i- gitur, argumenti allati minorem, ſaltem de eccle- ſiis, usq; ad ſextam ſive Philadelphenſem, qvæ in ratione venire non debet, haud reperiri ſatis ve- ram certamqve.

21. Deinde connexio qvoq; argumenti hujusce falſa eſt. Idq; *primo* inde probatur, qvod vitio- rum incrementum, propter qvod magis poſterio- res, qvam priores eccleſiæ ſunt reprehendendæ, ſolis apocalypſis in epiſtolis haberi, non ſit neceſſe, & ſatis ſit, qvod reperiatur, ubi periodi ex toto repe- riuntur, nempe partim in epiſtolis, partim in ſigil- lis & partim deniq; in tubiciniis. In his enim cun- ctis, tota periodorum, qvatenus repræſentatur vati- ciniis, continetur hiſtoria: non autem ſolis in e- piſtolis. Et ſimul ſumtæ epiſtolæ, ſigilla & tubi- cinia, ſicut & Schediasmatis ſecundi, numero 21. eſt qvoq; oſtenſum, habent ſe tanqvam fœderatii collegæ & ſocii, qvorum non unumqvemlibet ne- ceſſe eſt omnia, qvæ ad fœdus aut ſocietatem perti- nent facere, ſatisq; eſt, ſi cuncti ſimul, & alius aliud qvod eo ſpectat faciat. Et ſi heic, tam in ſigillis & tubiciniis, qvam in epiſtolis prædictum reprehen- dendorum qværitur incrementum, reperitur qvoq; ibidem, qvoad reperiri debet, nempe ad periodum usq; qvintam incluſive ſpectatam. In ſexta enim periodo, propter reformationem in eo factam, qvæ

eccle-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

eccleſiam & in doctrina & moribus innovavit reſtauravitq; , ſicut & antea dictum eſt, qværi neutiqvam debet. Usq; ad qvintam autem periodum, incrementum illud reperiri, ea qvæ in Phosphori Apocalyptici recenſu usq; ad illud tempus ſunt annotata oſtendunt demonſtrantqve. Qvare cum incrementum illud, reperiatur ubi reperiri debet, nempe in junctis ſimul epiſtolis, ſigillis & tubiciniis, manifeſtum eſt connexionem argumenti eſſe falſam, qvæ id incrementum ſolis in epiſtolis reperiri debere reqvirit. Deniqve inde qvoq; falſa deprehenditur connexio; qvod cum Chriſtus ſeptem Aſiaticas eccleſias, pro ſeptem generalium eccleſiarum elegerit typis, non neceſſe fuerit, ut eas propter vitiorum incrementum, tanqvam typos earum elegerit, cum alia qvoq; ratione, nempe illis qvæ in epiſtolis memorantur, earundem generalium eccleſiarum potuerint eſſe typi: neq; etiam neceſſe ſit, rem qvæ alterius eſt typus, in cunctis antitypo reſpondere, ſed in iis duntaxat, qvæ commemorantur, tanqvam illa, in qvibus typi gerit officium. Cum itaq; non neceſſe ſit, Aſiaticas ſeptem eccleſias, vitiorum & reprehendendorum in argumento, ſeptem generalium eccleſiarum eſſe typos, falſa omnino eſt connexio, cujus id eſt fundamentum: adeoq; ſic qvoq; inefficax reperitur argumentum.

22. Qvartum diſſentientium argumentum. *Si vera eſſet ſententia, qvæ apocalypticis in epiſtolis, ſeptem periodos ineſſe dicit, tunc ſeqveretur, iisdem in epiſto-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

lis, plus laudari eccleſiam Proteſtantium, qvam ipſorum apoſtolorum eccleſiam, ſiqvidem Philadelphenſis, qvæ juxta hypotheſin, reſpondet Proteſtantium eccleſiæ, nulla parte vituperetur: Epheſina autem, qvæ apoſtolorum eccleſiæ, juxta nonnullorum hypotheſin, reſpondet, ejusq; typum gerit, licet aliqvatenus laudata, ſimul tamen reprehendatur, tanqvam qvæ primam reliqverit charitatem. Seqveretur etiam qvod eccleſia, qvæ proximè ante finem mundi erit, ſit futura omnium maxime vituperabilis eccleſia: ſiqvidem ei juxta hypotheſin reſpondens Laodicena, nec calida nec frigida eſſe dicitur, ſed tepida, ex Chriſtiq; ore evomenda: Utrumq; autem hoc conſeqvens eſſe falſum: ideoq; ſententiam, qvæ epiſtolis ſeptem periodos ineſſe dicit, & unde utrumq; illud conſeqvens conſeqvitur, itidem *eſſe falſam*. Ita diſſentientes. Sed qvod ad poſterius conſeqvens ſpectat, illud non, ceu jactatur, falſum eſt, ſed verum. De hominibus enim proxime ante judicium victuris, & propterea de eorundem qvoq; viſibili eccleſia, qvæ pluribus malis conſtat qvam bonis, alibi qvoq; ſimilia triſtia vituperabiliaq; commemorantur. Veluti cum Chriſtus Matth 24. homines æqve ſecuros ac carnales tunc fore oſtendit, atq; in diebus Noachi ante diluvium erant: & cum Paulus 1. Theſſ 5. v. 3. de plerisq; ejus ætatis hominibus ait, cum dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus. Poſterius itaq; conſeqvens hocce, tanqvam non falſum ſed verum exiſtens, excludendum heic tanqvam alienum, & ad rem pertinens haud qvaqvam.

23. Qvod ad prius autem attinet conſeqvens, de Proteſtantium eccleſia, laudata plus qvam apoſtolica, verè qvidem id falſum eſt, ſed idoneum & efficax tamen argumentum datum non reddit. Namqve ex ſententia ſtatuente, in epiſtolis ſeptem eſſe periodos, prout rectè ſe habet, tutoq; defendi poteſt, neutiqvam id conſeqvitur. Vituperium enim illud Epheſinæ eccleſiæ, qvo videretur poſtponi eccleſiæ Philadelphenſi, minusq; qvam ea laudari, nempe qvod primam dicatur reliqviſſe charitatem, juxta veram de priodis ſententiam, ad apoſtolicam neutiqvam pertinet eccleſiam. Nam Epheſinæ eccleſiæ antitypica, juxta eam ſententiam, apoſtolica non eſt eccleſia, ſed trium primorum ſæculorum Chriſtiana eccleſia, qvæq; anno æræ Chriſtianæ trigeſimo incipiens, ejusdem æræ anno 324. finem habuit: qvippe tam diu durans atq; prima periodus Chriſtiana, qvæ periodus ceu deinceps Schediaſmate undecimo numero 20. & 21., atq; in Phosphoro, recenſus numero 7. & ſeqventibus eſt probatum, usq; ad prædictum æræ annum 324. duravit: cum apoſtolica eccleſia non duraverit ultra, qvam in vivis adhuc erant apoſtoli, id eſt, ut ſummum, ad annum æræ ejusdem, ſive nonageſimum ſive centeſimum. Cum ergo eccleſiæ Epheſinæ antitypica eccleſia, non ſit apoſtolica eccleſia, ſed trium primorum ſæculorum eccleſia, ex reprehenſa eccleſia Epheſina, tanqvam relinqvente charitatem primam, argui non poteſt, hoc vitium apoſtolicæ at-

tribui eccleſiæ: qvippe qvæ, uti nunc eſt monſtratum, juxta ſententiam de periodis, Epheſinæ antitypica haud exiſtit.

24. Et ſi dixeris, *apoſtolicam eccleſiam, partem tamen fuiſſe hujus primæ antitypicæ, ſive trium primorum ſæculorum eccleſiæ: ideoq; prædicatum illud de relicta charitate prima, apoſtolicæ quoq; attribui eccleſiæ*: connexio ratiocinii hujus falſa eſt: ſiqvidem non omnia, qvorum nomine eccleſia aliqva in epiſtolis vituperatur, ad eandem pertinent totam, ſed multa ad ejus duntaxat partem, ſicut & antea Schediasmatis ſecundi numero 23. eſt commonitum, & inter interpretes qvoq; exiſtit confeſſum. Atq; cum eccleſia Epheſina, adeoq; & hæcce ejus in primis tribus ſæculis antitypica, alias in epiſtola apocalypſeos prima laudetur, qvod patiens ſit, qvod non poſſit perferre malos, qvod laboraverit propter nomen Chriſti, & defatigata non ſit: neceſſum eſt, vituperium illud, de relicta charitate prima, non pertinere ad omnem eorum temporum, ſive trium primorum ſæculorum eccleſiam, ſed ad ejus duntaxat partem. Atq; ea qvoq; pars ejusdem, ad qvam vituperium pertinet, eſt ipſius pars poſterior. Nam dum dicitur reliqviſſe charitatem primam, utiq; oſtenditur, priorem ejus partem habuiſſe charitatem primam, poſteriorem autem reliqviſſe eandem. Cum autem de poſteriore tantum ejus parte dicatur, qvod reliqverit charitatem primam, utiq; de apoſtolica eccleſia id non dicitur, qvippe qvæ

ejus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ejusdem trium priorum ſæculorum eccleſiæ, non poſterior ſed prior pars fuit. Qvæ cum ita ſint, manifeſtú eſt,ex vera de periodis in ſeptem epiſtolis ſententia,neutiqvam conſeqvi, Proteſtantium eccleſiam plus laudari qvam apoſtolicam: adeoq; ex eo conſeqvente, doctrinam de epiſtolarum periodis, haud qvaqvam redargui, infringiq;: & propterea qvartum adverſus easdem epiſtolarum periodos argumentum, qvod ejus conſeqventis nitebatur abſurditate, itidem ut priora argumenta, falſum & inefficax exiſtere, nulliusq; momenti.

25. *Qvintum* diſſentientium contra epiſtolarum periodos ſucceſſivasq; eccleſias argumentum. *Ideo etiam periodos, ſucceſſivasq; eccleſias, in epiſtolis non poſſe conſtitui, qvod Aſiaticæ eccleſiæ, tempore apocalypſeos datæ, ſimul exiſterent omnes, qvodq; Johannes ſimul & ſemel omnes viderit lychnias, Chriſtusq; in epiſtola ad eccleſiam Epheſinam, proponatur non tanqvam unam, ſed ſeptem ſtellas dextra tenens, & perinde in epiſtola ad Sardenſes, tanqvam habens ſeptem ſpiritus & ſeptem ſtellas.* Sed connexio falſa eſt, ſiqvidem figuræ, typi & imagines, ſimul poſſunt exiſtere, etiamſi illæ res, cujus ſunt figuræ typi & imagines, ſimul non exiſtant. Nam Sara & Agar, qvæ juxta Paulum ad Galatas 4. duorum Teſtamentorum, Novi & Veteris typus erant atq; figura, ſimul erant Abrahami uxores: & duo tamen illa teſtamenta, qvorum erant typi, ſimul non fuerunt. Novum enim Teſtamentum Veteri multo eſt ſerius, & in ejus aboliti ſucceſſit

locum. Tres etiam corbes, qvæ Geneſ. 40. tertium dierum erant ſymbola imaginesq;, ſimul in ſomno vidit piſtor, & tamen tres qvos ſignificabant dies, non erant ſimul, ſed poſt alium alius eſt factus. Et Pharao Geneſ. 41. ſimul ſeptem vaccas videt pingves, & itidem ſimul videt ſeptem ſpicas plenas: anni tamen ſeptem, qvi illis figurabantur vaccis ſpicisq;, neutiqvam erant ſimul, ſed alius poſt alium oriebatur exiſtebatq;. Johannes qvoq; Apoc. 17. beſtiæ coccineæ ſeptem cornua videt ſimul: regnandi tamen formæ, qvæ illis ſeptem adumbrantur ſignificanturq; cornibus, non omnes erant ſimul, & qvinq; eorum ſuo tempore non amplius eſſe ait Johannes, & aliam mox futuram, unicam autem duntaxat eſſe. Liqvet igitur, figuras, typos & imagines ſimul exiſtere poſſe, etiamſi res qvarum ſunt typi & imagines, ſimul non exiſtant: adeoq; contra ſententiam de periodis nihil eo evinci, qvod lychniæ omnes, nec non eccleſiæ Aſiaticæ omnes ſimul extiterint. Particulatim qvoq;, eô nihil evinci, qvod Chriſtus dicatur, non unam ſed ſeptem ſtellas habere, aut in manu habere: inde qvoq; liqvet, qvod ea qvoq; haberi ab aliqvo dicantur, qvæ itidem neutiqvam ſimul exiſtunt: veluti cum annus dicitur habere dies 365, & hebdomas dies ſeptem. Item cum qvis dicitur tot vel tot habere annos, aut ætatis dies: veluti cum in Verſione vulgata Eccleſ. 6. v. 3. longævus affirmatur haberi plures ætatis dies. Et cum 1. Reg. 1. v. 1.

de Davide dicitur, habebat ætatis plurimos dies: atqve cum Judæi Joh. 8. v. 57 negant Chriſtum adhuc habere qvinqvaginta annos. Sic & Apoc. 4. v. 8. qvodvis animal alatum affirmatur ſex alas habere: ea autem alæ ſex ſunt tempora, adeoq; ſimul non exiſtunt. Deniq; Chriſtus qvoq; Joh. 10. v. 16. de ethnicis ad ſuam eccleſiam usq; ad finem mundi vocandis dicit, alias oves habeo, qvæ non ſunt ex hoc ovili, qvas oportet me adducere, & vocem meam audient, & erit unum ovile & unus paſtor: easdemq; oves Chriſtus ibidem v. 28. in manu ſe habere oſtendit, cum de illis addit: & nemo eas rapiet de manu mea. Et tamen necdum omnes illæ oves erant oves, ſed futuræ duntaxat erant: ut ideo Chriſtus qvoq; v. 16. dicat, qvod vocem ſuam ſint audituræ, non autem qvod nunc eam audiant, ſicut v. 28. de ſuis jam exiſtentibus dicit ovibus, oves meæ vocem meam audiunt. Immo & pleræq; earum Chriſti ovium, Chriſto hoc loqvente, nondum in rerum natura erant, ſed naſcituræ adhuc erant, idq; ad finem usq; mundi.

26. *Sextum* hoc ſit argumentum. *Si ſeptem Aſiaticæ eccleſiæ, ſeptem complecterentur periodos, & propterea ſeptem generalium eccleſiarum exiſterent typus: tunc, ex epiſtolis hiſce apocalypticis ad ſe ſcriptis, parum habere potuiſſent utilitatis. ſiqvidem ſic aliorum locorum temporumq; eccleſias, in animo habere juberentur, ut in illis earum rerum, qvæ ad ſe ſcriptæ eſſent, reperirent veritatem. Id autem eſſe falſum, itaq; ſententiam de*

epiſtolarum periodis, unde id conſeqvitur, itidem eſſe fal-ſam. Sed argumenti connexio neutiqvam eſt vera. Nam etiamſi ſeptem Aſiaticæ eccleſiæ, ſeptem ge-neralium eccleſiarum typus exiſtant: tamen ni-hilominus eædem Aſiaticæ eccleſiæ, apocalyptici ex epiſtolis ſatis & plurimum utilitatis potuerunt capere atq; haurire: idq; partim dum ſervabant qvæ iisdem in epiſtolis juſſa & præſcripta ipſis erant ut facerent. Dei enim verbum ſervare omnia ſe-cum affert bona. Et Chriſtus Joh. 15. dicit, ami-ci mei eſtis, ſi feceritis, qvæ ego præcipio vobis: atq; Joh. 8, qvi verba mea ſervat, mortem non vi-debit in æternum. Atq; alias qvoq; in Scripturis videmus, illis qvi fecerunt ipſis præſcripta, qvam-qvam typica, ſalutare hoc fuiſſe qvod facerent ipſa. Noachum enim conſtruentem opus arcæ, qvæ ba-ptismi, ut eſt 1. Pet 3. v. 21. erat typus, eo ipſo dilu-vium conſtat evaſiſſe, Deiq; gratiam retinuiſſe. Ideoq; auctor ad Hebræos capitis XI. v. 7. dicit, No-achum arcam in ſalutem domus ſuæ paraſſe, per eamq; mundum condemnaſſe, & juſtitiæ qvæ per fi-dem exiſtit, hæredem eſſe factum. Et de lege cæ-rimoniali, qvæ, ut eſt Heb. 10. v. 1. umbram habe-bat futurorum, ſive Novi Teſtamenti bonorum, ad-eoq, eorundem erat typus, Moſes diſerte, qvi fece-rit hæc vivet in eis. Partim qvoq; Aſiaticæ eccleſiæ conſolationem ex epiſtolis hauriendo, utilitatem ex ipſis capere potuerunt multam: cum earum pro-miſſiones, ad ipſasqvoq; ſpectarent, veluti hæ: Ap. 2.

V. 10.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

v. 10. fideles usq; ad mortem accepturos eſſe coronam vitæ, atq;, v. 7. & 17. eos qvi vincunt, non lædendos eſſe a morte ſecunda, eſurosq; eſſe de arbore vitæ, aliæq; conſimiles: in qvibus bona promiſſa eorundem participes, vere reddunt coram deo beatos & felices. Liqvet ergo, typicam in epiſtolis rationem, neutiqvam obſtare, qvo minus Aſiaticis eccleſiis ſatis utiles ſalutaresq; eſſent.

27. Neq; aliud ex eo ſeqvitur, qvod a diſſentientibus pro connexione firmanda adjungitur, *ideo Aſiaticas eccleſias, parum utilitatis ex epiſtolis capere potuiſſe, qvod aliorum locorum & temporum eccleſias, in animo habere debuerint, ut in illis earum rerum veritatem, qvæ ad ſe ſcripta eſſent, invenirent.* Nam tales in aliis locis & temporibus eccleſias, in animo habere, ipſis opus non erat: De veritate enim verborum non dubitabant, cum illa ipſius Chriſti eſſe verba certo ſcirent. Neq; etiam ut ipſis utilia eſſent, propheticam & antitypicam eorum veritatem ſcire opus erat. Satis enim utilitatis ex ipſis capiebant, qvæ ad ſemet pertinebant faciendo obſervandoqve; veritasq; antitypica ex futuris tantum eventibus pendebat, qvorum in ipſis notitiam Deus neutiqvam reqvirebat.

28. *Septimum* & ultimum hoc ſit argumentum. *Si ſeptem eccleſiæ ſucceſſivæ vel ſeptem periodi, epiſtolis ineſſent, eæq; juxta hypotheſin, tam hiſtoricum de ſeptem Aſiaticis eccleſiis, qvam propheticum de ſeptem generalibus eccleſiis haberent ſenſum, ſeqveretur illud abſurdum,*

unius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

uniusejusdemq; dicti biblici, plusqvam unum exiſtere poſ
ſenſum. Sed conſeqvens illud revera non eſt ab
ſurdum. Nam alias qvoq; ſcripturarum proph
ticis in verbis, plures unius dicti ſenſus, alter hiſto
ricus alter propheticus: ſicuti jam antea Schedia
matis 1. numero 4. & in Phosphori Addendis nu
mero itidem 4. eſt oſtenſum, reperiuntur ſæpe.
Cunctis itaq; contrariis argumentis, qvæ alicuju
videri poterant ponderis, deſtructis refutatisq;, pe
riodorum in epiſtolis veritas, antea probata, ſalva
manet & firma. Atq; hæc hactenus.

SCHEDIASMA X.

Apocalypſeos periodos Chriſtianas, eſ ſe exacte ſeptem, non plures nec paucior probatur: tum & generalia diſſentientium contr illas argumenta, tam qvæ periodos ſimpliciter, qvam qvæ ſeptenarium earum oppugnant numerum, ſolvuntur.

I.

Qvia præcedentibus in Schediasmatis, aliqvo
ties dictum eſt, periodos Chriſtianas vel ec
cleſiæ Chriſtianæ, eſſe duntaxat ſeptem, non
plures nec pauciores: ideo illud hic ampli
us illuſtrare atq; probare, nec non ab objectionib
vindicare, viſum eſt fore conveniens. Qvia etiam
argumenta contra periodos, ſpecialia duntaxat h

ctenus

tenus ſunt ſoluta, & ab oppugnantibus easdem,
onnulla qvoq; generalia proponuntur argumenta,
væ aut periodos ſimpliciter, aut ſeptenarium ea-
um oppugnant numerum, itidem viſum eſt, ea ar-
umenta generalia, hic reſolvere deſtruereqve.
d prius qvod attinet, ſive apocalypſeos periodos
hriſtianas, vel qvod idem eſt, generales eccleſiæ
hriſtianæ periodos, eſſe ſeptem, non plures nec
auciores, illud hiſce probatur argumentis.

2. *Primo.* Qvot in Apocalypſi indicantur eſſe
ccleſiæ Chriſtianæ generales, ſibi invicem ſucceden-
es, totidem ejus periodi ſunt Chriſtianæ. Eccleſiæ
utem tales generales, in apocalypſi indicantur eſſe
eptem, non plus aut minus. Ergo apocalypſeos
eriodi Chriſtianæ ſunt ſeptem. Major certa eſt,
qvidem periodi Chriſtianæ aliud non ſunt, qvam
iſtinctæ ætates & tempora generalium ejusmodi
celeſiarum, qvarum nulla eſt, ſine certa ſua ejus-
nodi ætate tempore & periodo. Minor autem ex
o probatur, qvod apocalypſeos generales eccleſiæ,
væ ejus potiſſimum ſunt ſubjectum, ſint ſeptem
on plures nec pauciores. Sunt enim ſeptem ly-
hniæ, in qvarum medio eſt & ambulat Chriſtus,
icut eſt Apoc. 1. v. 13. & 20. atq; capitis 2. v. 1. &
varum ſeptem ſtellas, id eſt ſeptem angelos, vel ſu-
mum in qvavis ex illis ſeptem eccleſiis docentium ſo-
ietatem ordinemq;, Chriſtus in manu ſua tenet;
uti eſt Apoc. 1. v. 16 & 20 Ideo & Johannes A-
oc. 1. v. 20. apocalypſin ſcribere juſſus, præcipi-
tur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

tur qvoq; ſcribere, myſterium ſeptem ſtellarum, i
eſt angelos ſeptem eccleſiarum, & ſeptem lychnia
aureas, id eſt ſeptem eccleſias. De qvibus plura
Schediasmatis noni numero 4. 5. 6. 7 8 & 10.

3. *Deinde* qvot in Apocalypſi ſunt ſigilla, qvo
etiam tubicinia, & qvot deniq; epiſtolæ, totiden
etiam ſunt apocalypſeos Chriſtianæ periodi. Se
& ſigilla ſunt exacte ſeptem, & tubicinia qvoq
ſunt exacte ſeptem, & deniq; epiſtolæ etiam ſunt ex-
acte ſeptem, non plures nec pauciores. Ergo apo-
calypſeos periodi Chriſtianæ, ſunt qvoq; exacte ſe-
ptem. Minor extra controverſiam eſt. Majo
autem inde probatur, qvod ut Schediasmate 7. 8
& 9. eſt oſtenſum, qvodlibet ſigillum ſuam habea
periodum, & itidem qvodlibet tubicinium ſuam
nec non qvælibet epiſtola itidem ſuam: atq; ut Sche-
diasmatis noni num. 15. eſt oſtenſum, ſigillorum
tubiciniorum & epiſtolarum, periodi ſint eædem.
Nam ſi qvælibet epiſtola ſuam, qvodlibet ſigillum
ſuam, & qvodlibet tubicinium ſuam habet perio-
dum: atq; epiſtolarum, ſigillorum & tubicinio-
rum periodi, non ſunt diverſæ ſed eædem, neceſſa-
rio ſeqvitur, qvot epiſtolarum, aut ſigillorum, aut
tubiciniorum ſunt periodi, totidem qvoq; apoca-
lypſeos Chriſtianas eſſe periodos.

4 *Tertio* periodos Chriſtianas, eſſe exacte ſeptem
inde qvoq; colligi poteſt, qvod reliqvæ apocaly-
pſeos imagines, qvæ eaſdem Chriſtianas periodo
in ſuis repræſentant adjunctis, ſeptenarium qvo

num

numerum exacte ſervent. Tales imagines ſunt ...*nitio*, qvæ ſpiritum ſanctum in his ſeptem periodis, ecclesiæ illucentem adumbrant, nempe apocaly-...otici Spiritus Apoc. 1. v. 4. cap. 4. v. 5. & cap. 5. v. 6. de qvibus in Schediasmate qvinto late actum: ...tem lampades cap. 4. v. 5. qvippe utræq; exacte ſe-...tem exiſtentes, non plures nec pauciores. Ideoq; ...tiam cap. 5. v. 6 agni ſeptem oculi dicuntur. *Deinde*, qvæ Chriſti omnipotentiam prout in his ſeptem periodis eccleſiam regit adumbrant, nempe ...gni cornua cap. 5. v. 6., qvippe itidem ſeptem, non ...lura nec pauciora exiſtentia. *Porro* qvæ ordi-...nes docentium, qvot ab initio eccleſiæ Chriſtianæ, ...usq; ad ejus finem erunt, adumbrant, nempe an-...geli eccleſiarum cap. 1. v. 20, item ſtellæ qvas Chri-...ſtus in ſua habet manu cap. 1. v. 16. & 20. cap 2. v. ... & cap. 3. v. 1. utræq; itidem ſeptem exiſtentes, ...non plures nec paciores. Ad *ultimum* qvæ perio-...lorum hiſtorias aut interpretationes figurant, nem-...e loqventia tonitrua cap. 10 v. 3 & 4. itidem ...ſeptem exiſtentia, non plura nec pauciora.

5. *Deniq;* Chriſtianas periodos eſſe exacte ſeptem ...non plures nec pauciores, ex typis qvoq; Veteris Teſtamenti, qvos hæ habent periodi, hoc qvoq; ar-...gumento poteſt probari. Qvem numerum illi ſæ-...e repræſentant typi, eo qvoq; numero ipſæ perio-...illi, tanqvam antitypus conſtant, adeoq; exacte toti-...llem exiſtunt. Atqvi ſeptenarium numerum, ii-...llem typi ſæpe repræſentant. Ergo eodem nume-

ro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ro ſeptenario, periodi qvoq; conſtant, adeoq; ſunt
exacte ſeptem, non plures nec pauciores. Major ar-
gumenti inde probatur, qvod in typis & antitypis
numerorum, præſertim eorundem aliqvoties repeti-
torum, conſtans ſit convenientia, & qvi numerus
in typis aliqvoties reperitur, itidem qvoq; in anti-
typo reperiatur. Veluti patet in duabus Abraha-
mi uxoribus, nec non duobus ſuper arca Cheru-
bim, qvippe utrisqve duo teſtamenta præfigurant-
bus. Item in duodecim bobus æneis, mare æneum
1. Reg. 7. fulcientibus, & in duodecim leonibus, qv
2. Chron 9. v. 19. in gradibus ſolii Salamonæi im
ſiſtebant: namq; utriq; duodecim figurabant a
poſtolos. Et in aliis qvoq; idem liqvet typis. Mi-
nor autem inde probatur, qvod in Veteris Teſta
menti typis, qvi haſce Chriſtianas periodos, ſive pe
ſe, ſive in ſuis adjunctis & characteribus, figurant a
dumbrantq;, ſæpe ſeptenarius reperiatur ſerveturq
numerus. Qvibus in typis, Moſaici tabernaculi
ſunt lucernæ vel lychniæ Exodi 24. & 37 commo
moratæ, atq; in viſione Zachariæ, cap. 4. v. 1. re
petitæ. Nam lucernæ idem omnino ſignifican
adumbrantq;, atq; Apocalypticæ lychniæ ſive lucer
næ, de qvibus Apoc. 1. v. 12, 13. & 20. nec non A
poc. 2. v. 1. Qvare cum apocalypticæ lychniæ, ſive
lucernæ, ſicuti Schediasmate nono eſt oſtenſum
omnes Novi Teſt. eccleſias generales ſignificent ad
umbrentq;: idem qvoq; Moſaicæ atq; Zacharian
ſignificant atq; adumbrant lucernæ: adeoq; verum

gen

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

generalium in Novo Teſt. eccleſiarum ſunt typus. In hoc autem typo, usqveqvaq; numerus eſt ſeptenarius. Septem enim candelabri Moſaici erant lychniæ; & totidem qvoqve Zachariani, non plures nec pauciores. Alius eodem ſpectans typus ſunt memoratæ, Prov. 9. v. 1. columnæ, qvas æterna Dei ſapientia, ſuam ædificatura domum dicitur excidiſſe. Namq; eæ columnæ, ſunt generales Novi Teſt. eccleſiæ: ſicut & tota Novi Teſt. eccleſia 1. Tim. 3. v. 15. veritatis dicitur columna fundamentumq;. In iisq; domus a ſapientia ædificatæ columnis, tanqvam Novi Teſt. generalium eccleſiarum typo, itidem numerus eſt ſeptenarius: ſeptem enim columnas, domum ædificans ſapientia, legitur illic excidiſſe, non plures nec pauciores. Adhuc alius eodem pertinens typus, ſunt Eſaiæ 3. memoratæ, qvæ unum virum, id eſt Chriſtum, apprehendunt mulieres: eæ qvæ mulieres, itidem ſunt figuratè ſic dictæ, Chriſto adhærentes Novi Teſt. eccleſiæ generales, ſive omnium temporum, ſicut a *Victorino* qvoq; *Martyre*, in Apoc. 1. exponuntur. Suntq; eædem mulieres ibidem ſeptem, non plures nec pauciores. Septem enim mulieres, inqvit, propheta unum apprehendent virum.

6. Atq; illis qvoq; in typis, qvi ſeptem generalium eccleſiarum periodos immediate adumbrant, itidem ſeptenarius reperitur: veluti in annis, qvibus Salamon, 1. Reg. 6. v. 38. Dei ædificat templum: qvod templum Chriſtianam totam, qvæ itidem Dei

eſt templum, adumbrat eccleſiam, & anni qvibus templum ædificabatur, periodorum harunce imme-diatus typus exiſtunt. Atq; illi qvoq; anni erant ſeptem, nam ſeptem annis templum illud ædificaſſe Salamon ibi legitur. Item in diebus, qvibus pontifex ſummus, ſacerdotali veſte ornatus, Exod. 29 v. 30. tabernaculum ingrediebatur, & aliis die-bus, qvibus ibidem verſu 37. altaris ſanctificatio ebat. Utriq; enim illi dies harum periodorum rant typus, & utriq; etiam ut ibidem docetur, erant exacte ſeptem. Liqvet igitur, apocalypſeos peri-odos Chriſtianas, ſeptem eſſe non plures nec pauci-res. Ea qvæ etiam *Matth. Hofmanni*, *Caſp. Heuniſch* & aliorum eſt ſententia: qvamq; etiam noſtras Ce-leberrimus & Ampliſſimus *D. Wandalinus junior*, Conſideratione chiliasmi, cap. 9. pag. 150. approba-re videtur.

7. Hactenus prius, qvod hic erat agendum. Il nunc miſſo, progredimur ad poſterius, nempe generalia diſſentientium, & præcipue *Joh. Mar.* contra periodos aut ſimpliciter, aut ſeptenarium earum numerum reſolvamus argumenta. *Primum* argumentum eſt. *Qvi periodos haſce in apocalypſi ſta-tuunt, diſſentire inter ſemet ipſos, & neq; in earum qvan-titate, neq; in charactere definiendo concordare. It. periodos haſce omnino eſſe rejiciendas.* Sed vana connexio: ſiqvidem non omnia rejicienda ſunt reprobanda, de qvorum qvibusdam affectionibus vel adjunctis, inter approbatores eorundem, aliqvi

diſſenſus :& qvod nemo, niſi literarum & hiſtoriæ parum peritus, ignorare facile poteſt, in omnibus pæne diſciplinis innumera dantur & vera & admittenda, de qvibus in aliqva tamen parte eorum probatores inter ſe diſceptant. Atq; ſi hæc ſeqvelæ & connexionis valeret ratio, ingens qvoq; & blasphemum hocce ſtatuendum eſſet abſurdum, totam qvoq; & ſcripturam ſacram, & religionem Chriſtianam, eſſe rejiciendam reprobandamq;, ſiqvidem de multis ſacra in ſcriptura, nec non Chriſtiana in religione, inter Chriſtianos qvi approbant eas, magnus eſt diſſenſus diſceptatioqve.

8. *Seccundum* argumentum. *Nusqvam in ſcripturis, eccleſiæ ſeptem periodos, explicitis nominari verbis, adeoq; eas eſſe rejiciendas.* Ita Markius præfatione Commentarii in Apocalypſin, num. 39. Sed ſi hæc vera foret conſeqventia, admittendum qvoq; eſſet, qvod qvicqvid diſerte & explicite in ſacra non habetur ſcriptura, eſſet rejiciendum, adeoq; nihil eſſet credendum, qvod per conſeqventiam ex ſacris elicitur ſcripturis, ſed tantum qvod diſerte & totidem verbis habetur in ipſis. Ea qvæ eſt ipſa ars ſophiſtica Gonterii; aliorumq; pontificiorum, centies Proteſtantibus refutata, & nominatim a *Calixto* in opere de arte nova, nec non Johanne *Dallæo* in Demonſtratione fidei ex ſcripturis.

9. *Tertium* argumentum ſit. *Nusqvam per totum Novi Teſt. curriculum, ſeptem continuo ordine geſta, & qvæ poſt ſe invicem futura dicantur, deſcribi; Ideoq; ſep-*

tem periodos non eſſe admittendas. Ita Markius loco
citatô. Sed ſi hiſtorica loca vel libri intelligantur
in qveis ea ſeptem geſta, continuo deſcriberentur
ordine, talia per totum Novi Teſt. tempus decur
entia, ſeptem geſta proponi, periodos ad ſtatuenda
non eſt opus: ſiqvidem Novi Teſt. libri hiſtoric
vel loca hiſtorica, tantum ſui res temporis perſ
qvuntur. Si prophetici autem libri vel loca inte
liguntur, petitionem principii in eo committ
Markius, & probationem incerti facit per æqve in
certum. Immo & falſum in eo dicit aſſeritqve.
Nam ut in phialis propoſita, antichriſtianam ad c
hortem pertinentia ſeptem negotia, qvæ ordin
temporis continuo ſunt gerenda, & in Phospho
recenſu, a numero 50. & deinceps ſunt exhibita, præ
teream omittamq;: ſatis eſt in ſigillis & tubicini
ut partim antea Schediasmate ſeptimo & octavo
partim in prædicti Phosphori recenſu, a numero 1
eſt monſtratum, utrobiq; ſeptem, qvæ in eccleſ
Chriſtiana, ordine irrupto futura ſunt negotia, n
præſentari deſcribiq;. Argumenti itaq; hujus
fundamentum inane eſt & frivolum.

10. *Qvartum* argumentum. *Si ullus in Apoca*
pſi ſeptenarius, ad totidem eccleſiæ ſpectaret period
aut omnes aut pleriq; apocalypſeos ſeptenarii id facere
Sed nec omnes nec pleriq; ſeptenarii id faciunt. Ergo
ptenarii apocalyptici, ad ſeptem eccleſiæ periodos ha
ſpectant. Huc Markius præfationis numero 42. te
dit vergitqve. Verum in hoc argumento *prima*

fal

falſa eſt connexio. Nam etiamſi qvidam apocalypſeos ſeptenarii, ad eccleſiæ ſeptem periodos ſpectarent, tamen non ideo neceſſe foret, vel omnes vel plerosq; ejus ſeptenarios eò ſpectare. Satis enim eſt, aliqvos eo ſpectare. Atq; ejusdem connexionis in argumento Markii, ratio plane talis eſt, ac ſi diceres. Si ullus Geneſeos qvaternarius ad paradiſi Geneſ. 2. memorata ſpectaret flumina, vel omnes vel pleriq; Geneſeos qvaternarii ad ea flumina ſpectarent. Si ulli ſenarii in pentateucho, ad dies creationis pertinerent, vel omnes vel pleriq; pentateuchi ſenarii eo ſpectarent pertinerentq;. Si ulli in libro primo Samuelis qvinarii, ad lapides eos pertinerent, qvos David cum Goliatho pugnaturus, ex rivo 1. Sam. 17. deſumſit, utiq; vel omnes vel pleriq; ejus libri qvinarii eo pertinerent. Si ternarius in Scripturis ſacris, tres divinitatis notaret eſſe perſonas, utiq; aut ſemper aut plerumq; ſacris in ſcripturis, id notaret. In qvibus omnibus ratiociniis, hujus argumenti connexioni plane gemellis, eodemq; fundamento, qvo iſta nititur, nitentibus, nexus & conſeqventia eſt abſolutefalſa, etiamſi antecedentia ubiq; vera exiſtant. Certum ergo eſt, connexionem argumenti eſſe nullam.

11. *Deinde* aſſumtio qvoq; argumenti, inanis eſt & principium petit, ſaltem qvatenus negat, plerosq; apocalypſeos ſeptenarios, ad ſeptem eccleſiæ Chriſtianæ ſpectare periodos. Illud enim non negandum duntaxat, ſed demonſtrandum qvoq; fuiſſet:

maxime cum illi, qvi ſeptem Chriſtianas apocalypſeos defendunt periodos, contrarium ſtatuant, & ad easdem periodos Chriſtianas ſpectare ſeptem eccleſias, & ſeptem earum angelos Apoc. 1. v. 20., ſeptem lychnias, & ſeptem ſtellas, Apoc. 1. v. 12. 13. 16. 20. cap. 2. v. 1. & cap. 3. v. 1., ſeptem lampades Apocal. 4. v. 5. ſeptem agni cornua & totidem ejus oculos Apoc. 5. v. 6., ſeptem ſigilla Apoc. 5. & 6., ſeptem tubas cum angelis ſeptem tubicinibus Apoc. 8. 9. 10. & 11., ſeptem Spiritus Apoc. 1. v. 4. cap. 3. v. 1 & cap. 4. v. 5., atq; ſeptem tandem tonitrua, Apoc. 10. v. 3. Ii qvi ſeptenarii, ſunt in univerſum duodecim, & in qvibus proponendis, numerus ſeptenarius circiter trigeſies in Apocalypſi reperitur uſurpatus: cum ſeptenarii de aliis rebus qvam ſeptem periodis Chriſtianis, in Apocalypſi uſurpati, non ſint niſi octo, & in qvibus ſeptenarii vox non niſi bis & vigeſies occurrit.

12. *Qvintum* argumentum eſt. *Septenarium generaliter notare perfectionem, & complementum rerum in ſuo genere, idq; indefinite, ſive certum ſimul non ſignificando numerum, & ſic in ſcripturis alibi millies uſurpari. Itaq; fruſtra & ſine exemplo, eundem numerum in tribus aut qvatuor apocalypſeos partibus, ad ætatum trahi ſucceſſionem.* Ita *Markius* præfationis num. 42. Sed manifeſtò falſum eſt, ſeptenarium in ſcripturis, millies generaliter denotare perfectionem, & ſimul non ſignificando numerum. Nam ſignificat qvidem perfectionem, ſed perraro ita, ut non ſimul verum

denod

denotet numerum. Atq; univerſa Scripturæ canonicæ loca, in qvibus utcunq; acceptus occurrit ſeptenarius, vix ſunt ſexcenta: & inter ea qvibus perfectionem deſignat, pauciſſima ſunt, in qvibus vera numeri ſimul non intelligatur ratio. Ipſe Marckius, prætermiſſa Apocalypſi, de qva diſputatur, & ubi ſeptenarius, qvinqvagies circiter reperitur uſurpatus, nonniſi ſex, ex reliqva maximaq; Scripturæ parte nominat exempla, in qvibus indefinita perfectionis, ut putat, locum habet acceptio. Et ne in illis qvidem ultra tria occurrunt, qvæ certius illuc trahere poſſis, plerisq; aliter qvoq; explicari ſolitis: & ſi maxime aliqvanto plura, indefinitæ ſignificationis reperirentur loca, nondum tamen verum exiſteret, ſeptenarium in ſcripturis millies ſolam denotare perfectionem: cum longe pluribus locis vera numeri qvoq; vigeat acceptio: & irrefragabile ſit, pleraq; omnia ſeptenarium exhibentia, ſacræ ſcripturæ dicta, verum & proprie dictum repræſentare numerum.

13. Separatô itaq; qvod manifeſtè falſum eſt, de ſeptenario generaliter & alibi in ſcripturis, millies indefinite ſumto, & relictô tantum qvod veritati conſentit, ſeptenarium aliqvando, & perpaucis ſacræ Scripturæ locis, indefinitam habere ſignificationem, connexio argumenti hæc evadit. Si nonnullis & perpaucis Sacræ ſcripturæ locis, ſeptenarius indefinitam habet acceptionem, etiam in Apocalypſi ita eandem habet, ut ad verum ſeptena-

 rium,

rium, adeoq; ſimul ſeptem ad ætatum ſucceſſionem trahi neqveat. Ea qvæ connexio eſt omnino falſa. Nihilo enim magis ex pauciorum locorum indefinita acceptione, neceſſe eſt concludere, indefinitam in Apocalypſi acceptionem: qvam ex plerorumq; omnium locorum definita & vere numerali ſignificatione, eandem definitam vereq; numeralem concludere ibidem. Tum & in ſeptem epiſtolis & ſigillis, & tubiciniis, qvæ periodorum ſunt ſedes, manifeſtiſſimum eſt, verum continere numerum: ſiqvidem in epiſtolis ſeptem eccleſiæ manifeſto enumerantur ordine, atq; in tubiciniis non modo generaliter ea ſeptem eſſe dicuntur, ſed & ſpecialiter ſingula ſeptem ita enumerantur, ut qvod ſit primum, qvod ſecundum, qvod tertium & ſic deinceps oſtendatur. Id qvod itidem eodemq; modo fit in ſigillis: ſic ut numerum ſeptenarium in illis, indefinitam tantum habere ſignificationem evidenter & manifeſto exiſtat falſum. Si autem illud falſum eſt, neceſſum qvoq; eſt connexionem, ex qva illa falſitas conſeqvitur, itidem eſſe falſam.

14. Si dixeris, in Apocalypſi pleraq; improprie ſumi, ergo & pleroſq; numeros illic improprie accipi: reſpondeo hic qvoq; connexionem labare. Nam etiamſi apocalypſeos pleraq; ſint impropria & figurata, ad numeros tamen illud non eſt extendendum, qvippe qvi pleriq; proprie accipiuntur, de qvo vide dicta ſupra, Schediasmatis 2. num. 8. Si

tia ſit

tiam objeceris, ſeptenarium Apocalypſeos numerum eſſe myſticum, ne ex eo qvidem ſeqvitur, veram numeri rationem non habere. Nam myſticus eſt qvatenus arcanum qvid ſignificat. Arcanum autem qvid ſignificare poteſt, etiam ſi verus nihilo minus permaneat numerus. Binarius in duabus Abrahæ uxoribus, Sara & Agare, myſticus erat, duo teſtamenta deſignans, & nihiloſecius verus erat numerus. Sic & in ſeptem Pharaonis vaccis & ſpicis, ſeptenarius erat myſticus numerus, & ſignificabat futuram tum fertilitatem, tum famem, & nihiloſecius numerus exiſtebat verus & certus.

15. *Sextum* argumentum eſt. *Septem viſiones in Apocalypſi proponi. In illa autem viſionum heptade ſive ſeptenario, ſeptem periodorum ſyſtema inveniri debere, & ſi in eo ſeptenario viſionum non reperiatur, nusqvam inveniri. Non autem in eo viſionum ſeptenario, periodos eorumq; ſyſtema reperiri. Ergo nusqvam reperiri.* Ita Markius, præfationis num. 44. Sed hic qvoq; connexio eſt falſa: ſiqvidem in Apocalypſi, uti Schediasmatis ſecundi numero 12 & 13. eſt commonitum, eadem aliis atq; aliis viſionibus ſæpe repræſentantur, diverſæq; unius & ejusdem negotii perſæpe exhibentur viſiones atq; imagines: ut propterea ex numero viſionum, numerus temporum vel periodorum nullatenus dependeat. Tum & aſſumptio, ſeptem duntaxat, apocalypſeos eſſe viſiones, utut eam plane certam venditet Markius,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

revera lubrica, incerta & arbitraria eſt. Qvippe pro diverſa cujusq; viſionis inceptione, & pauciores & plures, apocalypſeos numerari poſſunt viſiones. Nam ſi *primo*, ſtatuitur incipere viſio, ubi Johannes repetit hæc verba, *& vidi*, viſiones erunt plusqvam viginti. *Deinde*, ſi initium cujusq; viſionis ſumitur, ubi dicit, *poſt hæc vidi*, ſex tantum viſiones erunt: ſiqvidem qvinqvies modò, ea in apocalypſi occurrit dictio, nempe cap. 4. v. 1. cap. 7. v. 1. & 9. cap. 15. v. 5. & cap. 18. v. 1. *Tertio*, ſi nova ponitur incipere viſio, ubi nova & qvæ antea haud eſt memorata occurrit imago, circiter qvindecim exſurgunt viſiones. *Qvarto* ſi ex tantum erunt novarum viſionum inceptiones, ubi novus occurrit locus, & in qvo antea nihil denarratur eſſe viſum, octo ad minimum erunt viſiones, qvia tot ejus generis memorantur in apocalypſi loca: nempe generaliter Pathmos cap. 1 v. 9. cælum cap. 4. v. 1., terra cap. 10. v. 8. templum cap. 11. v. 1. iterum cælum cap. 12. v. 1. arena maris cap. 13. v. 1. eremus cap. 17. v. 3 mons cap. 21. v. 10. *Deniq;* ſi ibi novæ ponantur incipere viſiones, ubi cælum aut templum dicitur aperiri, qvater tantum id fieri dicitur, nempe in initio viſi throni, cap. 4. v 1. in initio viſæ mulieris, cap. 11. v. 19. in initio phialarum, cap. 15. v. 5. & initio viſionis de ſedente in eqvo, ex cujus ore exibat gladius, cap. 19. v. 11. Atq; ſic totam per apocalypſin, qvinqve duntaxat erunt viſiones, ſic ut ſeptenarius viſionum, certo & tuto occurrat nusqvam.

qvam.

qvam. Ubi nunc ergo Markius viſionum heptadem ſive ſeptenarium, pro re certa & extra controverſiam poſita jactans venditansq;. Et notandum qvoq; eſt, ipſum ut ſeptem modo numeraret viſiones, præteriiſſe qvasdam, veluti viſionem beſtiæ bicornis cap. 13. atq; viſionem agni ſtantis in Sione capite 14. Item viſionem trium angelorum Babylonem oppugnantium: nec non ſedentis in nube, eodem in capite: juxta ac viſionem ultimæ Chriſti pugnæ cum beſtia capite 19. uti & viſionem novi cæli & novæ Hieroſolymæ capite 21. & 22. & denique viſionem beſtiæ pantherinæ capite 13: eam qvam in unum compingit cum mulieris partu & pugna Michaelis atq; draconis: a qveis tamen alieniſſima eſt, & loco qvoq; differens ab illis: ſiqvidem eam ordiens Johannes, in arena maris ſe ſtetiſſe, atq; ex mari beſtiam eam prodeuntem vidiſſe dicit. Id qvod de nulla priorum dicit viſionum.

16. *Septimum* argumentum. *Non ſolum ſeptenarium eſſe in apocalypſi illuſtrem, eſſe & binarium, duabus in oleis atq; lucernis, nec non in duabus alis aqvilinis, aliisq;: ternarium in ter prædicata Dei ſanctitate, nec non in tribus partibus urbis magnæ diviſæ, aliisq;: quaternarium in qvatuor animalibus & cæteris: ſenarium in ſex animalium alis atq; ſimilibus: duodenarium in duodecim tribubus & aliis. Itaq; non magis ex ſeptenario ſeptem colligi poſſe periodos, qvam ex binario duas, ex ternario tres & ſic deinceps.* Huc Markius præfationis numero 45. tendit. Verùm hoc argumentum

tum

tum, parum ad rem facit: ſiqvidem periodos ſeptem Chriſtianas, non ex ſolo colligimus ſeptenario, ſed ex ſigillis, tubis, epiſtolis, aliisq; ſimilibus rebus atq; negotiis, ſeptenario comprehenſis. Diverſi qvoq; a ſeptenario numeri qvos commemorat, periodorum Chriſtianarum majorum & generalium, de qvibus agimus, ideo certum neqveunt eſſe indicium fundamentumqve, qvod aut nulla deſignent tempora, veluti binarius & ternarius: aut ſi qva deſignant oſtenduntq; tempora, ea non ſint illa, de qvibus diſputamus, nempe tubarum, ſigillorum & eccleſiarum in epiſtolis tempora, ſed longe ab illis diverſa: vel ſi qva ratione cum illis concurrant, pars ſint illarum duntaxat: velut qvaternarius in qvatuor animalibus alatis, in periodis, qvatuor generum notans clerum: item ſenarius alarum, in iisdem animalibus, qvamvis periodorum ex ſex minoribus, iisq; æqvalibus docens conſtare periodis chronicisq; partibus.

17. *Ultimum* argumentum. *Si in ſeptem epiſtolis, ſigillis & tubiciniis, ſeptem temporum eſſent periodi, tunc nihil in ullius periodi eſſet epiſtola, qvod ejusdem periodi repugnaret tubicinio aut ſigillo: aut in ſigillo eſſet, qvod ejusdem periodi epiſtolæ & tubicinio repugnaret, & ſic deinceps. Rem autem ſecus reperiri, & unam eandemq; ad periodum relatam epiſtolam, ſigillum & tubicinium, ſæpe inter ſe pugnantia, vel qvæ una conſiſtere aut vera eſſe non poſſunt habere. Itaq; in ſeptem epiſtolis, ſigillis & tubiciniis non eſſe ſeptem periodos.* Huc

Mar-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Markius præfationis in commentarium, num. 46° vergit. Sed aſſumtio argumenti eſt, falſa. Nulla enim, in unius alicujus ejusdemq; periodi epiſtola, ſigillo & tubicinio reperiuntur, ſive dicta ſive viſa, qvæ ſingula de eadem periodo vera eſſe non poſſunt, adeoq; verè ſunt pugnantia, ſive ſecundum idem, eodem modo & eodem de particulari tempore dicta. Eqvidem *Markius* duo ſecus ſe habentia, oſtendere conatur exempla: primum qvidem ex prima epiſtola, ſigillo, tubicinio & phiala: alterum autem ex ſeptima epiſtola, ſigillo, tubicinio & phiala. Sed fruſtra plane id facit. Nam phialæ ad rem non pertinent, alienæqve exiſtunt: qvippe qvæ periodos non conſtituunt chriſtianas, ſed antichriſtianas. Atq; reliqva qvæ allegat, ita inter ſe non pugnant, qvin ſingula de una eademq; periodo vera eſſe poſſint, beneq; inter ſe conſentiant: Namq; qvod ad primum attinet exemplum, epiſtolæ primæ eccleſia, charitatem primam tandem relinqvens, & ſigilli primi felix evangelii progreſſus, nec non tubicinii primi grando, qvæ cuncta Markius inter ſe pugnare contendit, illinc ſatis non pugnare, ſed conſentire & concordare reperiuntur: qvod hiſtoria primæ periodi, ab initio eccleſiæ Chriſtianæ & miniſterii Chriſti incipiens, in exordioq; monarchiæ Conſtantini Magni, circa annum æræ Chriſtianæ 324. deſinens, prædicta cuncta in eadem periodo prima doceat exſtitiſſe. Grandine tubicinii primi, ut ipſe Markius ad Apoc. 8. fatetur

qvoq;

qvoq; , deſignatam primitivæ eccleſiæ perſecutionem, In ejusdem periodi tempore exſtitiſſe, *Euſebius* eccleſiaſtica in hiſtoria, *Sulpitius Severus* in ſacra hiſtoria, & *Lactantibus* de mortibus perſecutorum, aliiq; diffuſe oſtenderunt. Ejusdem periodi tempore, in ſigillo primo adumbratum evangelii felicem progreſſum, eſſe factum, idq; late eſſe propagatum, tum Acta Apoſtolorum, tum patres paſſim docent. *Deniq;* qvod in prima epiſtola indicatur, charitatem primam, vel charitatis eum gradum, qvi in Apoſtolis fuerat, tandem eſſe relictum; in eadem qvoq; periodo accidiſſe, ex hiſtoria itidem certum eſt. Et *Euſebius*, hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro 8. cap. 1. de tempore perſecutionem Diocletiani proxime præcedente ait, res Chriſtianas ad mollitiem & ſegnitiem tunc degeneraſſe, Chriſtianosq; alios ab aliis, odio & contumeliis eſſe vexatos, epiſcopos in epiſcopos & populum in populum irruiſſe, infandamqve hypocriſin viguiſſe qvoq; Atq; *Cyprianus* qvinqvaginta circiter annis prior Euſebio, in ſermone qvinto de lapſis, ſui qvoq; temporis teporem & de rebus ſalutis ſocordiam, late reprehendit.

18. Qvod ad reliqvum attinet exemplum, neq; qvod Markius contendit, eccleſiæ Laodicenæ tepor, ſuperbia, cœcitas & vera miſeria, ita pugnant cum ſeptimi ſigilli ſilentio, nec non ſeptimi tubicinii regnis, Chriſti factis: qvin ſeptima in periodo cuncta hæc contingere poſſint. Nam ſeptimi ſigilli ſilentium, cum patribus qvibusdam ponamus eſſe

pacem

pacem, aut communem omnium, aut Chriſtianorum a perſecutoribus publicis: ſicut & Paulus 1. Theſſ. 5. v. 3. proxime ante judicium extremum, pacem atq; tranqvillitatem futuram eſſe docet; atq; regna mundi ſeptimo in tubicinio Chriſti facta, ponamus, eſſe futuram in regnis mundi regnantem Chriſtianæ religionis profeſſionem: ſicut & de Chriſtianæ religionis per Conſtantinum Magnum, Romanum in imperium inducta profeſſione regnante, inimicosq; ſuos ſibi ſubjiciente Apoc. 12. v. 10. regnum & imperium Dei Chriſtiq; ipſius facta eſſe dicuntur. His autem poſitis, ſicuti revera qvoq; poni poſſunt, & haud dubie etiam debent, omnia ita inter ſe conſentire reperiuntur, ut ſeptima in periodo, cuncta facile contingere poſſint. Nam pax ſive communis omnium, ſive a perſecutionibus publicis, non pugnat cum regnante Chriſtianæ religionis profeſſione, qvippe qvas ambas ſæpe ſimul viguiſſe, tempus Conſtantini Magni & deinceps ſeqventia, hodieq; vigere, regna occidentis ſeptentrionalia docent. Atq; neutrum pugnat cum Laodicenæ eccleſiæ arrogantia, tepore, cæcitate & vera miſeria. Ex pace enim, naſci perſæpe ſolet tepor & arrogantia, qvæq; ea comitari ſolent, cæcitas, ſpiritualium rerum egeſtas & vera miſeria: ut ideo qvoq; pax, ſuperbia & impietas, Ezechielis 16. v. 49. in Sodoma qvoq; conjuncta fuiſſe dicantur. Qvare & hoc contra periodos argu-

men-

mentum, inefficax eſſe liqvet. Cunctis itaqve contra periodos, earumq; ſeptenarium numerum argumentis, tam ſpecialibus qvam generalibus, qvæ alicujus videri poſſent momenti, & ad rem aliqvatenus faciunt, confutatis everſisq; ; ſalvum manet, qvod eſt antea probatum confirmatumqve, in apocalypſi periodos chriſtianas, revera dari, easq; eſſe exacte ſeptem, non plures nec pauciores. Id qvod erat obtinendum evincendumqve.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

LIBER TERTIUS.

De nonnullis, ad qvantitatem periodorum Chriſtianarum, & regnum apocalypſeos millenarium attinentibus.

SCHEDIASMA XI.

De Chriſtianarum in Apocalypſi, periodorum qvantitate, & unamqvamq; exceptâ ultimâ, eſſe annorum 294.

I.

Decurſis ſuperiore in libro cunctis, qvæ ad periodos Chriſtianas, confirmandas vindicandasq; pertinuerunt, utile qvoq; viſum eſt, hocce in tertio & ultimo libro, inter alia de periodorum earundem qvantitate ſive modo, qvædam adjungere. Niſi enim qvantæ & qvot annorum ſint ſciamus, ſcire ipſas exiſtere, parum conducet nobis. Eò itaq; ut progreſſio fiat, vera Chriſtianarum periodorum qvantitas, ſeqventi indagatur viâ. Qvanta eſt periodus prima, tantæ etiam ſunt reliqvæ, exceptâ ultimâ: qvia in eam incidit finis mundi, cujus tempus omnibus creaturis eſt ignotum: ut ideo ſuper eodem Paulus, 1. Theſſ. 5. v. 2. veniet dies Domini tanqvam fur in nocte: & Marc. 13. v. 32. Chriſtus, ne-

minem eam diem ſcire, ne angelos qvidem in cælo
Niſi autem cæteræ periodi ſint æqvales, prophetia
rum & imaginum ad easdem pertinentium, qvales
ſunt apocalypticæ pleræq; omnes, certa & tuta in
terpretatio dari neqvit: & prout qvisq; hanc vel i
lam periodum, pro arbitratu majorem fecerit au
minorem. ita & prophetias atq; imagines eoden
pertinentes,pro libitu & arbitratu interpretabitur.
Atq; ſic omnia confuſa, incerta, lubrica & arb
traria erunt.

2. Tum & illuc, qvod periodi Chriſtianæ ſin
æqvales, conſpirant & concordant qvoq; nonnul
earum typi. Nimirum Moſaici candelabri,de qv
Exod. 25. v. 37. & cap. 37. v. 3. alibiq;, ſeptem ly
chni vel lucernæ: qvæ lucernæ,ut & tota lex cær
monialis, juxta verba Hebr. 10. v. 1. umbram hab
ere futurorum, ſive Novi Teſt. bonorum: & unu
cum denuo,Zach.4. v. 2. atq; tertium qvoq; Apo
1. v. 12. apparentibus ſeptem lychniis vel lucerni
juxta verba Apoc. 1. v. 20. ſeptem lucernæ ſunt ſe
tem eccleſiæ, ſicut & antea Schediasmate nono
ſtendimus, ſeptem generalium in Novo Teſt. eccl
ſiarum, adeoq; & ſeptem in illis periodorum ſu
typus. Illæ inqvã ſeptem lucernæ, tanqã ſeptem pe
odorũ typus, ſaltem Moſaicũ & legis cæremonia
juxta inſtitutũ, prædictæ Chriſtianarum periodo
æqvalitati itidem concordant. Fuerunt enim æqv
les, & earum qvævis æq; capax, & æqve mag
tempore lucens atq; reliqvarum ulla. Id qvod i

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

de conſtat, qvod oleo lucentes & repletæ, qvælibet earum ſola & tota luxerint nocte. Ideo Exodi 27 v. 21. nec non Levitici 24. v. 3 *Lucerna*, id eſt omnes ſeptem lucernæ, collectivum ſingulare pro plurali, ut alias qvoq;, *parari* jubetur (ut luceat) *a veſpera in mane.* Ubi utrobiq; Septuaginta, juſſam eam eſſe *incendi a veſpera in mane.* Et Vulgata: *ut luceat usq; mane.* Mundabantur qvidem mane qvoq; hæ ſeptem lucernæ, ceu ex loco Exodi 30. v. 7. colligi poteſt, dum ibi mane emendari vel reparari dicuntur. Id enim fiebat, dum mane a fuligine & ſordibus, qvas nocte contraxerant, purgabantur & candefiebant rurſus: ſicut illud emendare, eodem Exodi loco, *Jarchi* qvoq; & *Abarbenel* interpretantur: qvemadmodum ex iis *Joh. Danzius,* Pontificis in adyto capite 4. num. 15. notat, ipſe qvoq; num. 18. id approbans. Sed non niſi veſpere accendebantur. Eapropter eodem Exodi locô, ubi dictum erat, lucernas mane emendari, veſpere easdem ſuſpendi additur. Nam non accendebantur, niſi poſtqvam erant ſuſpenſæ. Eandemq; ob cauſam, 2. Chron 13. v. 11. qvovis veſpere accendi dicuntur. Atq; hinc etiam *Onkelos*, *Aben Eſra* & alii Judæorum qvamplurimi, prout citato loco numero 15, Danzius idem refert, accenſionem lucernarum, itidem non niſi veſpera dicunt eſſe actam.

3. Atq; ſic accenſæ, tota duntaxat nocte, uti dictum lucebant, mane autem exſtingvebantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Ea etiam propter, auctor libri primi Samuelis cap.
3. v. 3. Deum noctu ſive, ante lucem, Samuelem no-
mine vocaſſe ſignificaturus, dicit id factum, ante-
qvam lucerna, id eſt ſeptem lucernæ, exſtingve-
rentur. Ea enim, ceu *Bonfrerius* ad Exodi 27. re-
fert, omnes juxta interpretes, noctis qvædam e
deſcriptio. Atq; qvod Moſaicum juxta inſtitutum
nocte tantum lucerent lucernæ, ei ſuccinit qvo
vetuſtioribus ex Hebræis *Philo*, qvando in libro de v
ctimas offerentibus, A *veſpera*, inqvit, *ad mane*
jubet (Moſes) *lychnos, ſuper ſacris lychnis ardere*:
addit, tum alias ob cauſas, tum etiam propter han
ce id fieri, ut diurnæ luci ſuccedentes, ſancta ill
ſtrent loca, qvippe tenebras non admittentia.
Certum ergo eſt, ſeptem Moſaicas lucernas, tota
ſola nocte luxiſſe.

4 Neq; obſtat, eas Exodi 27. v. 20. & Levit. 24.
v. 2. dici lucernam תמיד jugem. Nam ut ſacri
cium juge, Exodi 29. v. 42. non erat, qvod ſine ceſſ
tione offerebatur, ſed qvod qvavis die offerebatu
ſic & lucernæ, dicuntur lucernæ juges, non ta
qvam ſine ceſſatione arderent, ſed qvod qvavis n
cte arderent. Ideoq; Levit. 24. v. 3. idem ſic e
plicatur, qvod eſſent jugiter incendendæ a veſp
ad mane. Et hinc etiam, notante *Danzio* libri & c
pitis citati, num. 18, Raſchi & Aben Eſra, תמיד,
ſive jugiter, de lucerna jugiter ardente dictum, e
ponunt, una qvaq; nocte. Nihilo magis obſta
1. Reg. 7. v. 49. narrari, Salamonem, decem au

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

eas feciſſe lychnias, & Hecatæum *Abderitam*, apud Euſebium, de præparatione, libri noni cap 4. referre, in candelabro fuiſſe lumen nec noctu nec interdiu exſtingvendum; atq; Thalmudicos qvoq; & recentiores qvosdam Judæos memorare, qvasdam lucernas interdiu qvoq; luxiſſe. Nam ea omnia ſeriora & poſteriora ſunt, neq; legis cærimonialis, Moſaiciq;, de qvo loqvimur, fuerunt inſtituti. Ratum ergo manet, Moſaici tabernaculi lucernas ſeptem, oleo repletas, tota & ſola nocte luxiſſe. Unde omnino conſeqvitur, qvod antea diximus, eas fuiſſe æqvales, atq; qvamvis earum æqve capacem, atq; æq; diu ardentem & lucentem fuiſſe, ut cæterarum ulla. In qvo omnino ſimiles ſunt periodis hiſce Chriſtianis, qvarum itidem qvælibet æqve magna, & omnes inter ſe æqvales, exceptâ ultimâ, qvam reſpondere huic typo, ideo non eſt opus, qvod ultimæ periodi qvantitatem, Deus voluerit nobis eſſe ignotam. Periodorum ergo Chriſtianarum æqvalitati, lucernarum ſeptem Moſaicarum conſentit concordatq; typus. Sed & earundem periodorum conſentit typus, qvô Salamon, ut eſt 1. Reg 6 v. 37. & 38., templum domini ſeptem dicitur ædificaſſe annis, qvorum priores ſex fuerunt æqvales: nam ſeptimo anno aliqvot menſes de ſeqvente octavo ſunt adjecti, ut ex eodem intelligitur locô. Æqvalitas autem illa annorum, qvibus Salamon templum ædificavit, in eo cum periodorum harunce Chriſtianarum concordat

qvalitate: qvod ut terrenus Salamon, ſeptem an-nis, qvorum ſex priores ſunt æqvales, materiale domino exſtruxit ædificavitq; templum: ſic & cæ-leſtis myſticusq; Salomon Chriſtus, ſeptem perio-dis, qvarum ſex priores ſunt æqvales, Chriſtianam Novi Teſt. eccleſiam, qvæ domini myſticum & ſpi-rituale eſt templum, ſtruit ædificatqve. Verum ergo manet, qvod eſt dictum propoſitumq;, qvan-ta eſt periodus prima Chriſtiana, tantas etiam ex-ceptâ ultimâ eſſe reliqvas.

5. Ut ergo ſingularum ſex priorum, reperiri poſ-ſit qvantitas, prius primæ periodi inveſtiganda eſt qvantitas: ut eâ inventâ, cæterarum qvoq; habe-atur qvantitas. Ad primæ autem periodi qvanti-tatem inveniendam inveſtigandamq;, ejus periodi initium ante omnia, conſtituendum eſt & finis. Iis enim conſtitutis demonſtratisq;, ipſa qvantitas per ſe exſerit ſemet. Ad illa itaq; conſtituenda ut accedamus, aliqvanta prolixitate eſt opus: ſit qvidem in iis negotii hujusce fundamentum eſt præcipue ſitum. Incipiemus autem ab ejus ini-tio, poſtea ad finem qvoq; progreſſuri: Factum autem illud periodi primæ Chriſtianæ eſt initium, in primo miniſterii Chriſti anno, adeoq; in eodem pri-mo miniſterii Chriſti anno, prima periodus incep-ta inchoataq; eſt. Id aliqvanto latius aliqvot pro-bimus argumentis.

6. *Primum* hoc ſit argumentum. *Qvando eccle-ſia Chriſtiana incepit, periodus etiam Chriſtiana prima*

inc

incepit. At Chriſtiana eccleſia, primo anno miniſterii Chriſti incepit. Ergo periodus eadem prima, anno primo miniſterii Chriſti incepit. Major certa eſt. Chriſtianarum enim periodorum, ea definitio eſt, qvod ſint ſeptem totius eccleſiæ Chriſtianæ periodi, totiusq; Chriſtianæ eccleſiæ ætatem, in ſeptem chronicas dividant partes portionesq;. Unde neceſſario ſeqvitur, earundem periodorum primam, cum eccleſiæ Chriſtianæ incipere initio. Tum & periodi Chriſtianæ, apocalypticarum epiſtolarum, ſigillorum & tubiciniorum, ſicut Schediasmate 7. 8. 9. & 10. eſt oſtenſum, ſunt eædem ſeptem Chriſtianæ periodi: eccleſiæq; Chriſtianæ initio, veluti de tubiciniis, Schediasmatis 7. numero 19. & ſeqventibus: de ſigillis, Schediasmatis 8, num 14.: & de epiſtolis, Schediasmatis 9, numero itidem 14 eſt oſtenſum, incipiunt inchoanturqve. Unde itidem conſeqvitur, earundem periodorum primam, in eccleſiæ Chriſtianæ initio incipere inchoariq;: & qvando eccleſia Chriſtiana incepit, eandem periodum incepiſſe. Minor argumenti, ſive eccleſiam Chriſtianam, anno miniſterii Chriſti primo incepiſſe, inde probatur, qvod, ſicut & Schediasmatis 7. num. 23. & 29. eſt commonitum, Chriſtus in eodem primo miniſterii ſui anno, & ſtatim ut miniſterium ingreſſus a ſatanaq; erat tentatus, diſcipulos adeoq; chriſtianos fecerit: nempe Petrum, Andream, Philippum, Nathanaelem & alios, ſicut ex Johannis 1. eſt manifeſtum.

7. *Secundum* Argumentum. *Qvando primum ſigillum incepit, prima etiam periodus incepit,* Nam ſi ſigillo primo certum eſt, primam exhiberi periodum. *At primum ſigillum anno primo miniſterii Chriſti incepit. Ergo prima periodus anno primo miniſterii Chriſti incepit.* Minor, ſive ſigillum primum anno miniſterii Chriſti primo incepiſſe, generaliter inde probatur, qvod primum tubicinium & primum ſigillum, juxta ea qvæ Schediasmatis 8 numero 14. & deinceps ſunt propoſita; eodem incipiant tempore: particulatim qvoq; tubicinium primum, ſecundum ea qvæ Schediasmatis 7. numero 29. ſunt dicta, miniſterii Chriſti primo inceperit anno. Specialiter autem idem, ex primi ſigilli probari poteſt argumento: in qvo exhibetur eqves pugnans, nempe cum arcu exiens, tam vincens qvam ut vinceret. In primo enim miniſterii Chriſti anno, ille pugnans & arcum tenens eqves, exiit ita. Nam eqves eſt Chriſtus: & arcus eſt evangelium: qvod & Zach. 10 v 4. arcum belli vocari nonnulli interpretes obſervant. Evangeliiq; verba doctrinæq;, ſunt qvaſi ſagittæ ex eodem arcu emiſſæ: ſicut & Pſalm. 45. appellantur, cum ibi hymnographus ad Chriſtum, ſagittæ tuæ ſunt acutæ, populi ſub te cadent. Exiit autem Chriſtus, hocce cum arcu & ejus ſagittis, vincens victurusq;, cum exiit tanquam ſeminator, ſuum ut eſt Luc. 8. ſparſurus ſemen: hoc eſt, cum evangelium prædicare incepit qvippe qvod vincit & perrumpit omnia: eſtq; p

tent

tentia Dei ad ſalutem omni credenti, ceu Paulus ad Romanos capite 1, ait. Et communis qvoq; plerorumq; interpretum conſenſus eſt, per pugnantem & exeuntem primo in ſigillo, eqvitem cum arcu, evangelicæ prædicationis victoriam deſignari. Ideoq; *Joh Markius* in Commentario ad Apoc. 6. Pauci, inqvit ſunt, qvi ad Chriſti per evangelium victoriam hæc non applicant.

8 Qvod autem in primo miniſterii anno, Chriſtus evangelium prædicare & diſſeminare inceperit, nunc aliqvanto fuſius oſtendemus vindicabimusq;. *Initio* Chriſtus a patre miſſus eſt illuc, ut doceret, verbumq; & evangelium diſſeminaret. Ideo pater cæleſtis de ipſo cum baptizaretur, hic eſt filius meus, in qvo mihi complacuit, & in monte Thabor, hic eſt filius meus, hunc auditê: & auctor ad Hebræos c. 1. v. 2, ait, in ultimis diebus, Deum locutū eſſe nobis ſuum per filium: atq; Chriſtus ipſe Luc. 4. v. 18. & 21. Deus miſit me ad evangelizandum, nec non Marc. 1. v. 38. Eamus ad reliqvas civitates, ut ibi qvoq; prædicem: propter illud enim prodii. Cum autem miſſus a patre eſſet Chriſtus, ad docendum, ſuumq; verbum & evangelium diſſeminandum, utiq; nullam ejus faciendi omiſit occaſionem, qvippe qvi venerat facere voluntatem patris non ſuam, ut ex Joh. 6. v. 38. & cap. 5. v. 30. liqvet: adeoq; ſimul ut miniſterium, & propheticum ſuum officium eſt ingreſſus, qvacunq; data occaſione, Dei verbum docuit & evangelium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

9. *Porrò* Chriſtus, ut diſcipulos habere, cum illisq; converſari cœpit, ſtatim etiam docere & verbum Dei evangeliumq; proponere cœpit. Non enim tacitus cum illis converſabatur, ſed docens; & tunc primum homines ejus diſcipuli facti ſunt, poſtqvam ab eo doceri cæperunt. Diſcipulus enim alicujus is dicitur, qvi ab ipſo docetur. Sed ſtatim ut a Johanne baptizatus eſt Chriſtus, adeoq; miniſterii ſui initio, annoq; primo, diſcipulos habere cæpit, cum illisq; converſari. Lucas enim Act. 1. v. 22. dicit; ipſum a baptiſmo Johannis, ſive, ſimul ut a Johanne baptizatus erat, cum diſcipulis ingredi & egredi cœpiſſe, id eſt eosdem habere, cum illisq; converſari cœpiſſe.

10. Tertio evangeliſta cap. 1. & 2. evangelii, ante miniſterii Chriſti paſcha primum, adeoq; initio miniſterii, Chriſtum docet, primum diſcipulos vocaſſe, eosq; varia docuiſſe; veluti ex ejus capite 1. inde a verſu 41. ad finem usq; liqvet: mox qvoqve ut eſt cap. 2. a v. 1. usqve ad 13. diſcipulos in Canam Galilæam, nec non in Capernaum ſecum circum duxiſſe, & in eadem Canâ, verſa in vinum aqvâ, gloriam ſuam coram eis manifeſtaſſe docet. Ea qvæ cum diſcipulis converſatio, ſine adjuncta eorundem inſtitutione, & doctrina non eſt facta. Tum & ejusdem capitis 2. v. 13. & ſeqventibus, Chriſtum oſtendit, imminente jam paſchate, publicitus in templo cum Judæis diſputaſſe, & ſimul e templo eodem ejeciſſe vendentes & ementes. Hæc

autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

autem cuncta, cum ante paſcha primum Johannes facta eſſe demonſtret, manifeſtum illinc eſt, Chriſtum initio miniſterii ejusq; anno primo cæpiſſe docere. *Deniq;* Lucas qvoq; capite qvarto verſu 13. 14 & 15. ait Jeſum, conſummatâ totâ qvam ſatanas fecerat tentatione, reverſum eſſe in Galilæam, ibiq; in Synagogis docuiſſe. Id qvod itidem initio & anno primo miniſterii Chriſti eſt factum. Conſtat ergo Chriſtum, ſtatim ab initio miniſterii, adeoq; primo ejus anno, immo & ante miniſterii primum paſcha docere, Deiq; verbum & evangelium diſſeminare cæpiſſe. Illiq; etiam pleriq; accuratiores eorum, qvi evangelicas conſcripſere harmonias, eatenus conſentiunt, ut hiſtoriam vocatorum & inſtitutorum Johannis primo diſcipulorum, nec non Johannis ſecundo, ejectorum & refutatorum vendentium in templo, primo Chriſti paſchati præmittant.

11. Sed refellenda qvoq; eſt objectio, qvam nonnulli contrà movent. Ea objectio hæcce exiſtit. *Chriſtum non antea docere cæpiſſe, qvam baptiſta in carcerem ab Herode eſſet traditus, ſiqvidem Matthæus capite qvarto, poſtqvam verſu 11. dixerat: audiens autem Jeſus qvod traditus eſſet Johannes, ſeceſſit in Galilæam: verſu 17. adjicit, ex hoc tempore cæpit Jeſus prædicare & dicere pænitentiam agite &c.: & Marcus cap. 1. v. 14. dicit, poſtqvam traditus erat Johannes, venit Jeſus in Galilæam prædicans evangelium. Baptiſtam autem, addunt qvi hoc objiciunt, diu poſt initi-*

um

um miniſterii Chriſti, & non antequam integer fere præteriiſſet annus, eſſe in carcerem ab Herode conjectum:: ſiqvidem Johannes, poſtqvam ad capitis tertii verſum usq; 24. multa qvæ poſt primum paſcha ſunt geſta, & integri pæne anni in miniſterio facta, narraſſet, adjungit, baptiſtam adhuc baptiſaſſe & nondum in carcerem fuiſſe conjectum. Itaq; neceſſario hinc ſeqvi, concludunt tandem, Chriſtum non niſi diu poſt primum paſcha, & cum ab Herode in carcerem conjectus eſſet baptiſta, docere cæpiſſe. Sed utut ſpecioſa hæc ſit objectio, vera tamen neqvaqvam exiſtit. Nam *primo* ſi Chriſtus tam diu docere evangeliumq; diſſeminare diſtuliſſet, patris voluntatem non feciſſet, qvæ, ut antea numero 8. viſum, hæc erat, ut poſtqvam miniſterium eſſet ingreſſus, nullam docendi omitteret occaſionem. *Deinde* ex Joh. 1. 2. & 3. certum eſt, Chriſtum ante baptiſtam ab Herode caceri datum, docere cæpiſſe. Nam inter ea qvæ ibidem Johannes, ante baptiſtam carceri ab Herode traditum geſta narrat, multa ſunt ex qvibus Chriſtum jam antea docuiſſe conſtat. Inter qvæ tum ea qvæ ſupra numero 10. memorata, ab eoq; ante paſcha primum geſta fuere: tum etiam hæcce, poſt qvidem paſcha primum, ante tamen baptiſtam in carcerem conjectum geſta: *primum* qvod Nicodemus in colloqvio cum Chriſto cap. 3. v. 1. ipſi dixerit, Rabbi ſcimus qvod veniſti doctor a Deo. Ex qvo liqvet, jam tum celebrem & bene notum doctorem fuiſſe Chriſtum, adeoq; publice qvoq;

docu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

docuiſſe. Alterum qvod eodem in colloqvio cum Nicodemo Chriſtus, de præcipuis religionis Chriſtianæ capitibus multa late & diffuſe tradat doceatq; Ultimum autem, qvod poſt illud cum Nicodemo colloqvium, itidem baptiſta necdum in carcerem conjecto, in Judæa cum diſcipulis converſans Chriſtus, ut eſt Joh. 3. v. 22. publice baptiſaverit qvoq; Id qvod ſine adjuncta verbi & evangelii prædicatione non efficiebat: evangelii enim prædicatio baptismum comitabatur: ut ideo Chriſtus Marci ultimo, diſcipulos baptiſare jubens, prius evangelium prædicare jubeat. Atq; iſtis qvæ ex Johanne ſunt memorata, cunctis propoſitis, evangeliſta idem addit, baptiſtam qvoq; adhuc baptiſaſſe, & necdum in carcerem eſſe conjectum. Ex qveis univerſis manifeſtiſſimum eſt, Chriſtum jam diu, ante baptiſtam in carcerem ab Herode conjectum & docuiſſe & docere cæpiſſe. Ideoq; etiam *Beda* in Marci 1. *Qvisqvis*, inqvit, *Johannis evangelium legerit, inveniet dominum ante traditionem ejus* (nempe baptiſtæ in carcerem Herodis) *multa & docuiſſe & miracula feciſſe.* Sic Beda. Qvæ cum ita ſint, ipſum fundamentum objectionis, & cui totum incumbit, erutum eſt & everſum.

12. Neq; ſtatuminatur iis, qvæ ex Matthæi qvarto & Marci primo ſunt allata verbis, Chriſtum poſtqvam traditus erat baptiſta, veniſſe in Galilæam, ibiq; cæpiſſe prædicare. Qvia enim ex antea propoſitis evidentiſſimum eſt, Chriſtum jam diu ante baptiſtam,

ptiſtam, in carcerem ab Herode conjectum, cæpiſſe docere prædicareqve, & Sacra ſcriptura ſibi ipſi non eſt contraria, nihil iis poteſt ineſſe verbis, qvod eidem repugnat: adeoq; in iis neutiqvam dicitur, Chriſtum tum demum, cum baptiſta ab Herode in carcerem eſſet conjectus, docere & evangelium diſſeminare cæpiſſe. Et abſurdum qvoq; eſt, ita eadem Marci & Matthæi capere verba. In iis enim proponitur Chriſtus, tanqvam ad declinandum periculum, qvod ab iis qvi tradiderant baptiſtam, imminere poſſet, in Galilæam ſecedens; ſicut & interpretes ea plerumq; declarant. Si autem ab Herode, in carcerem baptiſta tunc eſſet conjectus, in Galilæam ceu locum tutiorem, & in qvo periculum illud declinari poſſet, Chriſtus ſe non contuliſſet: ſiqvidem Galilææ toti Herodes imperabat, veluti Lucas cap 3. v. 1. & *Joſephus* Antiqvitatum libro 17. cap. 13. docent. Ideoqve etiam Chriſtus, qvi in Galilææ Nazaretho fuerat educatus, & ejusdem in Galilææ Capernaumo poſt baptiſmum, ut eſt Matth. 4. v. 13. habitare cæpit, atqve Matth. 17. v. 24. tanqvam Capernaumi civis, cenſum dare & monitus eſt & dedit: ideo inqvam, Lucæ 23. v. 7. tanqvam Galilæus, ſub Herodis ditione dicitur eſſe, & propterea qvoq; ad Herodem, tanqvam Galilææ magiſtratum, a Pilato mittitur. Si itaq; Herodes iis locis Matthæi & Marci, baptiſtam in carcerem conjeciſſe ſignificaretur, Chriſtus id periculum fugiens, in Galilæam minime ſeceſſiſ-

ſet;

ſet, qvippe in qvam ut Herodis ditionem veniens, qvaſi charybdin, ut proverbium eſt, fugiens, incidiſſet in ſcyllam. Adeoq; illis in Matthæi & Marci locis, de Herode baptiſtam in carcerem conjiciente agi, eſt abſurdum.

13. Neq; etiam neceſſitas ulla urget, Matthæi & Marci verba, de conjectione baptiſtæ in carcerem Herodis accipere. Tantum enim in illis ſuper hoc negotio dicitur, apud Matthæum, παρεδόθη ὁ Ἰωάννης & apud Marcum παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην. Παραδοθῆναι autem ita abſolute dictum, non notat ſtatim conjectionem in carcerem: & in plerisqve Novi Teſt. locis, proditionem tantum deſignat. Qvid ſi itaq;, hic tantùm proditio qvædam baptiſtæ ſignificaretur, eumq; ab aliqvibus in aliqva re proditum eſſe, ut propterea in magnum venerit periculum, & ex qvo licet difficulter, expediverit ſemet tamen? Atq; ſic prodi potuit, in periculumq; venire, etiamſi non ideo ſtatim ab Herode in carcerem conjiceretur. Multis enim aliis modis ea proditio fieri potuit. Nonnunqvam etiam, licèt rarius, παραδοθῆναι notat traditionem in alicujus manus poteſtatemq;: veluti cum Matth. 27. v. 18. & Marc. 15. v. 10. de Pilato dicitur, ſciebat qvod per invidiam tradidiſſent Chriſtum: atq; ſi ea acceptio hic admittitur: tamen ne ſic qvidem neceſſe eſt, de baptiſta in carcerem per Herodem conjecto, verba interpretari: ſiqvidem tradi in hujus vel illius

us manus & poteſtatem baptiſta potuit, ut non i-
deo in carcerem ſtatim conjiceretur, præſertim ab
Herode, cujus nulla vel minima, hic apud Evange-
liſtas mentio exiſtit. Et qvid ſi intelligatur tra-
ditio in Phariſæorum, vel ſynedrii, vel ſummorum
ſacerdotum manus poteſtatemq; qvomodo etiam
veriſimillime, verba evangeliſtarum hic expoſuit,
Bernhardus Lamius in Harmonia Evangeliſtarum,
nec non in diſſertatione de Judæorum paſchate; ſi-
cuti in Pariſienſi eruditorum diario, anni 1689. die
25. Aprilis, & anni 1693. 6 Aprilis refertur. Ean-
demq; interpretationem, alius vir doctus ibidem, an-
no 1690. die 23. Januarii, approbat ſuamq; facit.
Et facile Phariſæi Judæorumq; primores, cauſam in-
venire poterant, cur baptiſtam in ſuas ita tradi vo-
luerint manus poteſtatemq;, nempe offenſi, tum
qvod eos, ipſorumq; diſcipulos Matth. 3 v. 7 pro-
lem viperarum eſſe dixiſſet, tum qvod baptiſaret,
etiamſi nec eſſet Meſſias, nec Elias, nec propheta:
qvippe cujus ab ipſo rationem in legatione ad ipſum
Joh. 1. v. 25. repræſentata, expoſcunt. Refutata
igitur, qvæ mota eſt objectione, ſalvum, ratum &
inconcuſſum manet, qvod eſt antea probatum,
Chriſtum initio miniſterii, ejusq; anno primô, ver-
bum Dei evangeliumq; cœpiſſe docere diſſeminare-
qve. Adeoq; omnia, qvæ ad argumentum primum
de periodo prima, incipiente in primo miniſterii
Chriſti anno, debuerunt probari, probata ſunt vin-
dicataqve.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

14. *Tertium* hoc ſit argumentum. *Quando tubicinium primum incepit, etiam periodus prima incepit. Sed anno primo miniſterii Chriſti, tubicinium primum incepit. Ergo periodus prima, anno primo miniſterii Chriſti incepit.* Major ſive cum tubicinium primum incepit, periodum primam incepiſſe, inde probatur, qvod tubicinii primi ceu Schediasmatis ſeptimi numero 19. & deinceps eſt oſtenſum, atq; eccleſiæ Chriſtianæ idem ſit initium, & qvod qvamprimum ipſamet eccleſia Chriſtiana incepit, ejus qvoq; prima periodus inceperit. Minor autem, ſive tubicinium primum, anno primo miniſterii Chriſti incepiſſe, ejusdem Schediasmatis num. 29. generaliter eſt probatum. Specialiter autem idem, ex ipſiusmet tubicinii primi materia ſive argumento, poteſt qvoq; probari. Nam in eo facta, grando & ignis ſangvine commixta, eſt primitivæ eccleſiæ Chriſtianæ, ſive primorum Chriſtianorum, ſub ethnicis imperatoribus perſecutio: ejusq; perſecutionis initium, in primo miniſterii Chriſti anno eſt omnino factum. Qvorum utrumq; demonſtrabimus. *Prius* ſive grandinem illam & ignem, eſſe primitivæ eccleſiæ, vel primorum Chriſtianorum, ſub ethnicis in Romano imperio imperatoribꝰ, perſecutionem, ſic oſtenditur. Grando in Apocalypſi, ſicut & Schediasmate 3. ad vocem grando eſt admonitum, afflictionem deſignat. Idq; verum eſſe ex grandine Apoc. 16. v. 21. memorata manifeſtum eſt qvoq;. Hocce autem tubicinii primi

locô, non eſt impiorum, & verbum Dei ſusq; de
habentium afflictio, veluti eodem loco Apoc. 16,
piorum, & qvi ſincerum Dei verbum evangelium
profitentur. Nam arbores & viride gramen, gra
do hæcce & ignis dicuntur combuſſiſſe. Arbo
enim & viride gramen, in unum conjuncta, in
pocalypſi, ſunt Chriſtiani atq; fideles, verum D
verbum evangeliumq; profeſſi. Ideo enim Apo
9. v. 4. opponuntur hominibus, Dei ſigillum in fro
te non habentibus, id eſt verum Dei verbum eva
geliumq; non profitentibus. Id tantum inter utro
q; intercedit diſcriminis, qvod arbores ſint, in Ch
ſtianis verbum Dei profitentibus, eminentiores ſi
docentes: viride autem gramen, ſint laici, ſive n
docentes. Cum autem illa tubicinii primi gran
ignisq;, ſint Chriſtianorum, verum Dei verbum
vangeliumq; profitentium afflictio, non poſſunt
liud eſſe, qvam afflictio, a malis in ipſos immiſſa
nempe a cacodæmone & ejus organis. Qvod a
tem, ſit primorum Chriſtianorum, ſive primitivæ
cleſiæ Chriſtianæ, ethnicis ſub Romani imperii i
peratoribus, perſecutio talis, tempus tubicinii pri
docet; incipit enim, ut Schediasmatis 7. num.
eſt oſtenſum, cum Chriſtiana eccleſia incipit, a
oq; primitivæ eccleſiæ, vel primorum Chriſtia
rum, qvæ ſub ethnicis imperatoribus fuit, perſec
onem complectitur omnino.

15. Et facile verba qvoq; tubicinii primi, ad e
dem primævam vel primitivæ eccleſiæ, ethnicis

Imperatoribus, perſecutionem applicantur. Grando enim figurate in Scripturis accepta, eſt perſecutio, qvatenus operibus infeſtis peragitur, velut ex locis Schediaſmate tertio, ad vocem grando, notatis patet, & materialis qvoq; grando, opere ipſo & actu infeſtat. Ignis autem de perſecutione figurate ſumtus, in Scripturis maledicentiæ, & qvæ verbis qvoq; infeſtis, tanqvam fulmine qvodam percellit, eſt perſecutio. Hinc Jac. 3. v. 5. lingva maledica dicitur eſſe ut ignis: atq; Pſalm. 120. v. 4, ut prunæ ardentes juniperis admotæ. Et Prov 16. v. 27. impius labiis ſuis, dicitur eſſe ut ignis ardens, nec non Pſalmo 57. v. 5. exercentes maledicentiam, flammantes vel qvaſi flammæ, eſſe memorantur. Hiſtoriaq; ſuffragatur, utrumq; horum in primitivæ eccleſiæ perſecutione oſtendens fuiſſe. Infeſtis operibus ut tormentis, homicidiis, aliisq; factam tunc Chriſtianorum perſecutionem omnes norunt. Verborum autem & maledicentiæ igne fulmineqve, eſſe ſimul factam, neq; etiam eſſe plane obſcurum poteſt.

16. Freqventiſſimæ calumniæ erant, Chriſtianos odio habere genus humanum: cujus & *Tacitus* Annalium 15. ipſos accuſatos eſſe docet. Item qvod eſſent athei, qvod promiſcuos & inceſtos, extinctis lucernis agitarent concubitus, qvod item ſuosmet liberos necarent devorarentq;: veluti *Tertullianus* Apologetici capite 7. *Athenagoras* in legatione, *Minutius Felix* in Octavio & alii veterum re-

ferunt. Et multo plures erant ejusmodi calum niosæ criminationes. Atq; *Suffridus Petrus*, Com mentario in Athenagoræ legationem, ait, vix qvi qvam fuiſſe ſceleris, qvod unqvam fuerat auditum cujus Chriſtiani non ſint inſimulati. Omniu qvoq; ſiniſtrorum cauſa & culpa, in eos confereb tur. Itaq; *Tertullianus* Apologetici cap. 10. *Tyberis aſcendit in mœnia, ſi Nilus non aſcendit in arv ſi cælum ſtetit, ſi terra movit, ſi fames, ſi lues, ſtatim Chriſtianos ad leones, acclamabatur.* Atq; *Arnob* libro primo ait, ethnicos dixiſſe, *Chriſtianorum ca ſâ, omnia mala mortales adiiſſe: & poſtqvam Chriſtia gens cæpit, terrarum qvaſi orbem periiſſe:*

17. Neq; eidem primitivæ eccleſiæ perſecutio diſconvenit, qvod dicta tubicinii primi grando ignis, ſangvine mixta fuiſſe dicantur. Na ſangvis in Scripturis ſacris, crudelitatis qvoq; ſymbolum imagoq;. Itaq; crudeles, ſangvinu viri, Pſalm. 5. v. 7. Pſalm. 26. v. 9 & alibi dicuntu Et hiſtoria qvoq; docet, a perſecutione primitivæ clefiæ crudelitatem non defuiſſe. *Conſtantin Magnus* apud Euſebium, in ejus vita, libri 2. cap. 5 ea ſuper re. *Qvæ*, inqvit, *incendii flamma, q cruciatus, qvod tormentorum genus, qvod non fue omnis generis ſanctorum corporibus, nullâ ætatis hab ratione irrogatum?* Sic ille. Deniq; nec illud ecc ſiæ primitivæ perſecutioni diſconvenit, qvod in odem tubicinio primo, tertia pars arborum, id docentium, & omne, vel omnigenum gramen vi

o

de, id eſt laici vel plebs dicatur combuſta, hoc eſt necata. Nam revera perſecutio illa, magis laicos qvam clericos ſive docentes infeſtavit, & pauciores ex hiſce, multo autem plurimos ex illis, necavit ſuſtulitq;. Qvæ cum ita ſint, certum omnino eſt, tubicinii primi grandinem & ignem, primitivæ eccleſiæ, ſive primorum Chriſtianorum, ethnicis ſub imperatoribus eſſe perſecutionem.

18. Reliqvum qvod erat probandum, hocce erat, eandem primitivæ eccleſia Chriſtianæ, ethnicis ſub Romani imperii imperatoribꝰ, perſecutionẽ, ipſo primo miniſterii Chriſti anno, incepiſſe, vel ſua initia habuiſſe. Hoc verum eſſe inde liqvet, qvod ante eundem miniſterii Chriſti annum, nulli fuerint Chriſtiani, aut eccleſia Chriſtiana: ſed duntaxat, poſtqvam Chriſtus miniſteriũ ſuum, ſub Tiberio imperatore incepit, Chriſtiana eccleſia ſit exorta, ſtatimq; ut orta ſit, in eodemq; primo miniſterii Chriſti anno, ſuæ perſecutionis ſentire cæperit initia; partim in Chriſto ipſo, tanqvam ſuo capite, partim in membris ejus. In Chriſto tanqvam capite, ſtatim tunc perſecutionem pati cæpit, dum ſtatim a baptiſmo, Chriſtus eſt a Satana qvam acerbiſſime tentatus vexatusq; : qvippe huc illuc qvaſi præda qvædam deportatus, & in ipſo qvoqve pinnaculo templi, loco omnium periculoſiſſimo poſitus, & unde ſalvo humana ope, deſcendere vix poterat: tum & ab eodem cacodæmone, ſummam ... us per impudentiam ſolicitatus, ut ipſum nempe

cacodæmonem & ſatanam adoraret. Dehin
mox a Judæis ut eſt Lucæ 4 verſu 9. ſua civitat
Nazaretho eſt expulſus, ad faſtigiumq; montis du
ctus, ut inde præceps daretur: idq; eodem hau
dubie primo anno. Tum & in primo paſchate Hi
roſolymis, qvod eſt Joh. 2. v. 20. a Judæis eſt con
temtus, verbaq; ejus de templo tribus diebus denu
reſtaurando, irriſa & exſibilata ſunt. Aliàs qvo
qve, ut eſt Matth. 10. v. 25. & Joh. 8. v. 48. blasphe
marunt ipſum, Samaritanum & Beelſebulum vo
cantes, tum & dæmonium habere dicentes: nem
pe miracula ejus, qvorum plurima anno miniſter
primo faciebat, negare non valentes, cacodæmoni
attribuebant: ideoqve etiam, ut eſt Luc. 11, ipſum pe
Beelſebulum dæmonia ejicere dicebant. Imm
& protinus necare ipſum qværebant, veluti Joha
nes cap. 5. v. 16 docet. In membris qvoq; e
cleſia, primo miniſterii anno perſecutionem e
paſſa: nempe cum Chriſti miniſter baptiſta, Joh
v. 25 qvod baptiſaret, a Judæis eſt increpitus ta
qvam flagitium qvoddam eo faciens, ſiqvidem no
propheta, nec Elias nec Meſſias eſſet; cum ite
jejunans, qvod eſt Matth. 11. v 18. & haud dub
ad primum qvoq; miniſterii Chriſti annum ſe exte
dit, dæmonium habere dicebatur: item cum mo
poſt tentationem Chriſti in deſerto, ceu ex Ma
1. v. 14 & Matth. 4. v. 12. liqvet, traditus vel pro
tus eſt: & deinceps, qvoq; ab Herode, ut eſt Ma
6. & Matth. 14. in carcerem eſt conjectus. M

qvo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

qvoq; cæteros Chriſti miniſtros, & in iis diſcipulos perſecutionem odii, ad minimum vexaſſe, inde colligere licet, qvod Matth. 10. v. 16. 22. & 24. ad ipſos Chriſtus, non eſt diſcipnlus ſupra magiſtrum, ecce mitto vos ut oves in medium luporum: & eritis odio omnibus propter nomen meum & Joh. 15. v. 19. qvia elegi vos e mundo, ideo mundus vos odit. Liqvet igitur, primitivæ eccleſiæ, vel primorum Chriſtianorum, ſub ethnico Rom. imperio perſecutionem, qvæ in tubicinio primo adumbratur, primo qvoq; miniſterii Chriſti anno, ſua habuiſſe initia, cæptamq; eſſe. Et ſi dixeris, qvod in tubicinio additur, tertiam partem arborum, id eſt docentium, & omne gramen viride, id eſt cujusvis generis laicos, eſſe combuſtos, id eſt necatos, item crudelitatem voce ſangvinis adumbratam, primo miniſterii anno non eſſe factam: nihil illud obſtat. Iſta enim, ad effecta & progreſſum ejus perſecutionis pertinent, non autem ad initium: neq; neceſſarium exiſtit, ut qvicqvid in aliqvo fit negotio, totum in ejus qvoq; initio fiat: veluti innumera alia, tam ſacris qvam profanis in literis docent negotia. Tantum de argumento tertio.

19. *Quartum* ſive ultimum argumentum. *Qvando Apoc.* 12. *deſcripta parturitio mulieris ſole veſtitæ, nec non pugna Michaelis & draconis incipit, etiam prima periodus Chriſtiana incipit. Sed ea parturitio, nec non pugna, primo miniſterii Chriſti incepit anno. Ergo prima periodus primo qvoq; miniſterii Chriſti incepit anno.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Major inde probatur, qvod primæ periodi hiſtoria
qvantitasq; in prædicta parturitione mulieris, nec
non pugna Michaelis & draconis, omnino contine-
atur. Qvod autẽ in iis contineatur, inde colligere li-
cet, qvod parturitio illa, nec non pugna, eandẽ com-
plectantur hiſtoriam, atq; eqvitis, in ſigillo primo ex-
euntis cum arcu vincentisq; qvo ſigilli primi eqviti
arcu, & victoria, primam contineri periodum
non eſt dubium. *Minor*, ſive parturitionem il-
lam, nec non pugnam, primo miniſterii Chriſti
anno incepiſſe certum eſt. Nam mulier illa partu-
riens, eſt eccleſia primitiva, Romano in imperio
ſpirituales Deo filios parturiens enitensq;: ſicut &
Gal. 4. v. 19. Paulus evangelium prædicans, dicit
ſe Galatas cum dolore parturire, donec in eis for-
metur Chriſtus. Atq; Eſaiæ 54. paſſim, nec non
Eſa. 60. v. 4, ut & Joh. 16. v. 21. eccleſia evangeli-
um prædicans, ſpiritualesq; Deo filios enitens, iti-
dem ut mulier gravida, parturiens & pariens repræ-
ſentatur. Neq; aliud ſvadet, qvod partus qvem
tandem peperit, dicatur omnes gentes ferrea rege-
re virga, isq; partus ſit Romanum imperium Chri-
ſtianorum. Nam is tantum fuit præcipuus ejus
partus, qvem præceſſerunt alii qvotidiani partus
hominum renaſcentium, ad Chriſtiq; regnum per-
ductorum. Atq; eccleſiam Chriſtianam, jam a
ipſo ſui initio, adeoq; & primo miniſterii Chriſti
anno, incepiſſe ita parturire, evangelica docet hi-
ſtoria. Nam ante primum qvoq; paſcha tum

Chri-

Chriſtus ipſe, ceu eccleſiæ caput, verbo & evangelio, velut ex Joh. 1. v. 39. & ſeqventibus liqvet, diſcipulos adeoq; & Dei filios fecit: ſiqvidem juxta verba Joh. 1. v. 12. qvicunq; receperunt eum, eis poteſtatem dedit, filios Dei fieri: tum etiam miniſtri Chriſti, tanqvam eccleſiæ membra, ante idem primum paſcha, Chriſti Diſcipulos adeoq; Dei fecerunt filios. Veluti baptiſta fecit, proclamando, Chriſtum eſſe filium Dei & agnum tollentem peccata mundi: ut eſt Joh. 1. v. 29. & deinceps: qvippe qvô multos ad Chriſtum adduxit. Idemq;, qvi diſcipuli Chriſti jam erant redditi, faciebant qvoq;, alioſq; evangelium nunciando, ad Chriſtum adducebant, ejusq; ſpirituales filios efficiebant. Id qvod eorum fuiſſe ſtudium, liqvet ex Joh. 1. capite, ubi Andreas Petrum ad Chriſtum adducit, & Philippus Nathanaelem. Et is qvoq; qvotidianus eccleſiæ partus, erat ſimul parturitio qvædam pueri ejus maſculi, ſive Chriſtiani imperii, qvod ferrea virga recturum eſſet gentes. Ea enim evangelii diſſeminatio, qva eccleſia Chriſtiana qvotidie ſpirituales enitebatur filios, erat præparatio qvædam illuc, ut imperatores Chriſtiani prodirent tandem, & donec illud fiebat, ethnicos qvosdam imperatores, Chriſtianis ſubinde fecit faventes, veluti eccleſiaſtica in hiſtoria hic illic oſtendit Euſebius. Et inter eos Chriſtianis faventes imperatores, erat qvoq; ipſe Tiberius, qvo imperante Chriſtus ſuum incepit miniſterium: qvippe Chriſtum in

deorum volens referre numerum, mortemq; illis qvi Chriſtianos accuſarent interminatus: ſicut idem *Euſebius* ibidem libro 2. cap. 2. & *Tertullianus* Apologetici cap. 5 teſtantur. Liqvet ergo parturitionem mulieris ſole veſtitæ, jam primo miniſterii Chriſti anno incepiſſe.

19. b. Qvod vero pugna Michaelis & draconis eodem inceperit anno, ſic probatur. Pugna illa Michaelis & draconis, eſt Chriſti, Romanum per imperium, ethnicis ſub imperatoribus, evangelium diſſeminantis, & ſatanæ eodem in imperio, eam evangelii diſſeminationem, ſuis artibus & perſecutionibus, impedire conantis, pugna & conflictus. Nam Michael hacce in imagine, eſt Chriſtus, evangelium Romano in imperio, ethnicis ſub imperatoribus diſſeminans propagansq;. Et draco eſt Romani imperii ſatanas; qvippe ideo ſepticeps & ſeptemcornis apparens: ſicut & beſtia Apoc 13. v 1. itidem Romani imperii res exiſtens, ſepticeps & decemcornis apparet. Nempe is draco eſt ſatanas, ethnico Romano in imperio dominans, & per ſemet, incredulosq; qvos regebat impellebatq; Chriſto evangelium diſſeminare nitenti reſiſtens, & ne libera ejus in imperio fiat profeſſio, impedire conans, & angeli ejus, ſunt potiora ejus organa, qvibus ad impediendum & perſeqvendum evangelii curſum diſſeminationemq;, eſt-uſus Qvod vero utrumq; horum, initio miniſterii Chriſti, primoq; ejus anno ſit inceptum, certum eſt. Nam ſtatim, ut miniſterium

in-

inceperat Chriſtus, primoq; ejus anno, ſuum verbum & evangelium diſſeminando, cum Romani imperii ſatana, ita pugnare cæpit. Idq; inde probatur, qvod *primo* ad hoc apparuerit Chriſtus, ut diaboli deſtrueret opera, ceu eſt 1. Joh. 3., adeoq; ſimul ut miniſterium eſt ingreſſus, nullam ejus faciendi neglexerit occaſionem. *Deinde*, qvod cum a ſatana mox ut baptiſatus erat, in deſerto tentabatur, eum ſua doctrina & verbo refutaverit, a ſemetq; abegerit. *Tertio* qvod mox poſt tentationem in deſerto, cacodæmones ab obſeſſis expellere cœperit: veluti ex Marci 1. v. 23. & Matth. 4. v. 24. liqvet. *Deniq;* qvod etiam ſuâ doctrina & evangelio, qvippe qvod, uti antea num. 8. & ſeqventibus eſt oſtenſum, protinus docuit, homines converterit, ſuiq; regni conſortes fecerit. Eô enim ipſo, ſatanæ qvoq; regnum infregit atq; imminuit: ſiqvidem omnes increduli & necdum converſi, in poteſtate ſunt ſatanæ, qvi eos pro arbitratu, ſuis in laqveis tenet captos, ut eſt 2. Tim. 2. v. 26. Ideo & vera pœnitentia converſioq; Act 26. v. 18. dicitur eſſe converſio a tenebris ad lucem, & ex poteſtate ſatanæ ad Deum. Neq; etiam ſatanam ſibi defuiſſe, & primo qvoq; miniſterii Chriſti anno, his Chriſti actibus acriter repugnaſſe, itidem certum eſt. Nam mox Chriſtus reperit a Satana incitatos, qvi negotia tum ſua, tum miniſtri & præcurſoris ſui, nempe baptiſtæ blasphemarunt, impedireq; ſunt conati. Baptiſtæ qvidem, dum eum Joh. 1.

v. 25.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

v. 25. qvod baptiſaret increpuerunt, cum etiam alias, ut eſt Matth. 11. v. 18 dæmonium habere dixerunt. Ipſiusmet autem Chriſti, cum eum, ut eſt Matth 10. v. 25. Beelſebulum vocarent, primiqve paſchatis tempore in templo docentem, uti ex Joh. 2. v. 20. liqvet, irriſerunt, ejusq; verba contemſerunt, aliasq; aliis indignis acceperunt modis, Atq; in tentatione Chriſti in deſerto, cacodæmon ſuam per impudentiam, Chriſtum qvoq; ipſum, ſuas in partes trahere eſt conatus, omnia mundi promittens regna, ſi adorare ſemet vellet. Qvod faciens, evangelii & verbi Dei diſſeminationem qvibus pellebatur, ipſa in herba & radice exſtirpare & exſcindere allaboravit. Atq; ſic minor argumenti eſt qvoq; probata. Qvatuor ergo argumentis eſt evictum, primo miniſterii Chriſti anno, primam periodum incepiſſe. Primus autem is miniſterii Chriſti annus, juxta plerosq, & accuratiores in hac parte chronologos, eſt omnino annus æræ Chriſtianæ vulgaris trigeſimus. Et id verum qvoq; eſſe, in alia diſſertatione de annis miniſterii Chriſti, oſtendimus late & diffuſe. Cum autem in primo miniſterii Chriſti anno, eadem periodus, uti eſt monſtratum, inceperit, isq; primus miniſterii annus, ſicuti dictum eſt, ſit æræ Chriſtianæ trigeſimus: neceſſario inde conſeqvitur, eodem anno æræ Chriſtianæ trigeſimo, primam Chriſtianam incepiſſe periodum.

20. Tantum de periodi primæ initio, ſive anno eandem

dem incipiente. Progredimur nunc, ad ſtatuendum ejudem primæ periodi finem vel annum, in qvo eſt finita. Is autem annus qvantum colligere licet, eſt omnino æræ Chriſtianæ annus 324. Idq; verum eſſe ſic probatur. Tunc prima Chriſtiana periodus eſt finita, cum tubicinii primi grando & ignis ſunt finita: cum etiam pugna Michaelis & draconis in cœlo, per ejectionem draconis & angelorum ejus e cælo, ita ut locus eorum in cælo non amplius ſit inventus, eſt finita terminataq;: cum deniq; mulieris ſole veſtitæ puer maſculus, jam ex toto natus, cunctas gentes, ferrea incipiebat regere victa. Ea autem omnia, anno æræ Chriſtianæ 324 ſunt facta. Ergo eodem anno æræ Chriſtianæ trecenteſimo vigeſimo qvarto, periodus prima eſt finita. Major argumenti hujus, qvod ad primam ejus attinet partem, de tubicinii primi grandine & igne, inde vera reperitur, qvod eadem tubicinii primi grando & ignis, argumentum ſint tubicinii primi ejusq; periodi, adeoq; & primæ Chriſtianæ periodi, qvippe qvæ a periodo tubicinii primi non eſt diverſa: & cum argumentum ſint tubicinii primi, adeoq; periodi primæ, habenda ſint durare & continuari, usq; ad finem ejus tubicinii primæqve periodi, maxime cum aliunde nihil compareat, qvod contrarium perſvadeat. Eandem argumenti majorem, qvoad alteram ejus partem, ſive qvod periodus prima, ſit finita cum Michaelis & draconis pugna, per ejectionem draconis & angelorum

lorum ejus e cælo eſt finita, illud probat confirmat-
qve, qvod imago de pugna Michaelis & draconis
ſit interpretatio ſigilli primi, de ſedentis cum arcu in
eqvo pugna & victoria. Nam cum pugna Michaelis
& draconis, ſit interpretatio ſigilli primi, qvod ſigil-
lū certum eſt, primam complecti & conſtituere pe-
riodum, neceſſum eſt finem ejꝰ pugnæ, inter Micha-
elem & draconem, qvæ periodi primæ, in ſigillo
primo repræſentatam interpretatur pugnam, ean-
dem primam finire periodum. Deniq; eandem
argumenti majorem, qvoad tertiam & reliqvam
partem, ſive qvod periodus prima ſit finita, cum
mulieris ſole veſtitæ puer maſculus ex toto natus
incipit cunctas gentes, ferrea regere virga, illud pro-
bat, roborat, confirmatq;, qvod mulieris ejusdem
partus, qvo maſculum illum peperit, ſit interpreta-
tio finis, qvem habuit pugna Michaelis & draconis:
& propterea qvoq; ſit interpretatio finis, qvem ha-
buit ſigilli primi pugna & victoria: adeoq; qvando
finis factus eſt primæ periodi, itidem doceat oſten-
datq;. Major itaq; argumenti eſt probata.

21. a. Minor argumenti, ſive qvod omnia qvæ
memorat major, in æræ Chriſtianæ anno 324. ſint
facta, ſic porro probatur. *Prima* pars, de finita in
eo anno, tubicinii primi grandine & igne, inde pro-
batur, qvod ea grando & ignis, ſicut & ſuperius
numero 14. & 15. oſtendimus, ſit primorum Chri-
ſtianorum, ſive primitivæ eccleſiæ, ethnicis ſub im-
peratoribus perſecutio; eaqve perſecutio, qvo

hic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

hiſtoria docet, morte Imperatoris Licinii, ſive anno 324. ſit finita terminataq;. Eandem minorem qvoad alteram partem, ſive qvod eodem anno Chriſtiano 324. pugna Michaelis & draconis ſit finita, comprobant hæcce. Pugna illa Michaelis & draconis, ſicut & antea numero 19. b. eſt oſtenſum, eſt Chriſti Romanum per imperium, ethnicis ſub imperatoribus, evangelium diſſeminantis, & Satanæ eodem in imperio, eam evangelii diſſeminationem impedire conantis, perſeqventisq; pugna & conflictus. De cœlo autem in terram, cum ſuis angelis, ejectus eſt draco, & locus eorum in cœlo non amplius inventus; cum ejus draconis poteſtas, impediendi & perſeqvendi liberam evangelii profeſſionem; eandemq; poteſtatem præcipue exercentes, a dracone & ſatana incitati, ethnici & hoſtes Chriſtianismi cuncti, ex imperii Romani cælo deturbabantur prorſus: id eſt ex imperatoris ſolio & dignitate excludebantur; ad humilemqve privatorum & ſimplicium civium redigebantur ſtatum: ad Chriſtianos autem totius imperii devolvebatur poteſtas: atq; ſic profeſſio evangelii ſimul in toto Romano imperio reddebatur libera, & legibus qvoq; confirmabatur. Atq; tunc etiam, impletum eſt illud Apoc. 12. verbum. Nunc ſalus & potentia, & regnum, facta ſunt Dei noſtri, & poteſtas ſumma (ἐξουσία) facta eſt Chriſti ipſius, qvoniam dejectus eſt accuſator fratrum noſtrorum. Neq; pla-

ne

ne nova eſt, hæc ejecti e cælo draconis interpretatio
Nam ſæculo qvoq, qvarto, vaticinium hocce, de excluſis per Conſtantinum, ex imperii Romani poteſtate, ethnicis & Chriſtianiſmi hoſtibus, eſt expoſitum. Ipſe enim *Conſtantinus M.* poſtqvam ea res facta erat, ethnicorumq; imperium everſum, & poteſtate totius imperii ad ipſum & filios ejus devoluta, religionis Chriſtianæ pax, totum per imperium erat conſtituta, in epiſtola qvadam apud *Theodoretum*, hiſtoriæ libro 1. cap. 15. nec non *Euſebium* de vita Conſtantini, libro 2. cap. 45. ait libertatem tunc omnibus eſſe reſtitutam, & draconem Dei opt. max. providentiâ, ſuoqve miniſterio, de communi reipublicæ adminiſtratione, eſſe depulſum. Et eodem aliqvatenus etiam fortaſſis reſpexit, cum, referente Euſebio ibidem lib. 3. cap. 3 draconem qvoq; medio ventre transfixum artificioſâ picturâ, omnium conſpectui ſubjecit contemplandum. Qvod autem æræ Chriſtianæ anno 324. ethnici & alii hoſtes Chriſtianiſmi, per eundem Conſtantinum ex Romani imperii ſolio ſic in totum ſint excluſi, totiusq; Romani imperii poteſtas ad Chriſtianos ſit devoluta, certum eſt: & deinceps numero 21. b. & ſeqventibus probatum. Deniq; eandem argumenti minorem qvoad tertiam & reliqvam partem, ſive qvod eodem anno 324. mulieris ſole veſtitæ puer maſculus, ex toto natus, inceperit cunctas gentes, ferrea regere virgâ, hæcce firmant probantq;. Ex parturitione mulieris ejus-

dem

mellem ſole veſtitæ, natus tandem puer maſculus, viq; in ejusdem mulieris imagine, ſolus ex omnibus jus ſpiritualibus commemoratur filiis, præcipusq; in ea ſpectatus ejus eſt partus: is, inqvam, puer jus maſculus, qvod & Excellentiſſ. & Ampliſſim9 W.O. Wandalinus, in Chiliasmi Conſideratione, aliiq; ccleſiaſtici ſcriptores cenſuerunt, eſt Chriſtianus nagiſtratus vel imperatores Chriſtiani, imperii Romani admoti ſolio vel throno. Ad qvod ſolium n imagine mulieris, Chriſtiani aſcendiſſe oſtenduntur, cum puer maſculus, ad ſolium Dei raptus, id eſt elerrime & ſatana membrisq; ejus invitis provectus llicitur. Ideoq; ſolium Dei, ea poteſtas dignitasqve llicitur, qvod omnis magiſtratus poteſtas ſit a Deo, & maxime Chriſtiani, ejusdemq; ſupremi magiſtratus poteſtas, qvam ut ſolium ſuum peculiariter Deus egit moderaturq;. Non tamen ſolium illud, eſt qva unq; ratione, Chriſtianorũ imperatorum regimen, & poteſtas, ſed totius imperii poteſtas: in eodem ve toto imperio, ethnicorum & Chriſtianismi hoium, a Chriſtianis propter evangelium factas, avernens inſultus, liberamq; toto in imperio, evangelii c Chriſtianismi faciens profeſſionem: ſiqvidem iic puer maſulus, omnes gentes ferrea dicitur regere irga: & qvamdiu ethnici imperatores, ordine irupto, partem ſaltem adhuc gubernabant imperii, ondum hicce puer, omnes gentes ferrea regebat rga, easq; compeſcebat, ſibiq; ſubjectas habeat. Tunc autem eâ ferreâ virgâ vel ſceptro, om-

nes in imperio Romano gentes, regere vel compeſc-
re, earumqve robur, qvatenus Chriſtianiſmo era
contrarium confringere, ut id Pſalmi 2. v. 9. expl
catur, cœpit inchoavitq;, cum excluſis in totum
a Romani imperii conſortione, ethnicis imperato-
ribus, totum imperium factum eſt Chriſtianoru
Eaq; ferrea virga evangelium eſt, qvod eodem qv
qve Pſalmi ſecundi loco, ferrea dicitur virga. Id
eoq; imperatorum Chriſtianorum, in toto imperi
poteſtas, ferreâ virgâ ſive evangelió, omnes gent
regere dicitur, qvod partim Deus, per & propter
vangelium, libere propagandum profitendumqv
Chriſtianis eam gubernandi, & cunctas Romani im
perii evangelio inimicas gentes compeſcendi, d
derit poteſtatem: ut ideo etiam Conſtantino Ma
no, qvi primus tandem, totius imperii nacturus e
ſet poteſtatem, atq; inimicam Chriſtianis gentil
potentiam, e ſolio imperii prorſus eſſet deturbatu
e cœlo ſignum crucis, tanqvam evangelii nota,
nà cum verbis, in hoc vinces, ſit oſtenſum mo
ſtratumq;: partim etiam, qvod imperatorum Chr
ſtianorum poteſtas, libertate profitendi evangeli
toto in imperio promulgatâ, legibusq; ſanciti
gentium in Romano imperio adverſus Chriſtiani
mum inſultationes compeſcuerit, Chriſtianoru
qve perſecutionem ſopierit atq; ſuſtulerit.

21. b. Qvod autem æræ Chriſtianæ anno 32
tum Romani imperii monarchia, facta ſit Chriſti
norum, tum ethnici & Chriſtianiſmi hoſtes, ab ini

perii

ſolio prorſus ſint excluſi, tum deniq; hactenus exercita adverſus Chriſtianos, propter evangelium perſecutio, toto in imperio ſopita atq; ſublata ſit, ut probemus tandem; verum id eſſe inde confirmatur, qvod eodem anno, ſicut in Phosphori recenſu, num. 7. 8. & ſeqventibus eſt oſtenſum, Licinius imperator, qvi unus ex ethnicis, & evangelii profeſſionem perſeqventibus, reſtabat imperatoribus, exauctoratus ſit & exſtinctus. Eô enim exauctoratô & exſtinctô, ethnici & Chriſtianismi profeſſionem perſeqventes, ex imperii Romani poteſtate in totum ſunt excluſi, deturbatiq;: totiusq; imperii poteſtas & auctoritas ad Chriſtianos eſt devoluta, nempe ad familiam Conſtantini M., qvi ethnicum imperium evertit, & protinus ethnicorum & Chriſtianismi hoſtium, in Chriſtianos inſultationes compeſcuit, ſuisq; edictis Chriſtianæ religionis pacem libertatemq;, toto in imperio fecit conſtantem. Ante Licinium debellatum exauctoratumqve, ſive imperio exutum, adeoq; ante annum 324. nec totius imperii poteſtas Chriſtianorum erat, ſiqvidem alteram imperii partem occupabat adhuc Licinius, qvi revera ethnicus erat; ut ideo *Socrates* hiſtoriæ eccleſiaſticæ libro 1. cap. 2. ipſum, qvod ad religionem attinet, dicat gentilium opinione fuiſſe imbutum. Neq; etiam toto in imperio, conſtanter libera erat evangelii profeſſio. Nam utut idem Licinius, in gratiam Conſtantini, & una cum eodem, ab initio edictum publicaverit pro religionis Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſtianæ libertate, qvod apud Euſebium hiſtoriæ ec-
cleſ. libro 10 cap. 5. exſtat, tamen odium in Chri-
ſtianos, ut *Socrates* citato refert loco, neutiqvam
depoſuit. Et mox qvoq; in apertam adverſus ip-
ſos perſecutionem erupit, qvam eodem tempore
vivens *Euſebius*, hiſtoriæ eccleſ. libro 10. cap. 8. &
de vita Conſtantini libri 1. cap. 42. & ſeqventibus,
nec non libri 2. cap. 1. & qvæ ſeqvuntur, late expo-
nit: qvi & eodem de vita Conſtantini libro 2. cap.
2. dicit, a Licinio graviorem qvam ſuperioribus a
tyrannis, perſecutionis flammam eſſe accenſam.
Debellato autem & exauctorato Licinio, tam to-
tum imperium in Chriſtianorum tranſiit jura
qvam etiam perſecutio, ab ethnicis mota imperato-
ribus, toto in imperio ceſſavit, & toto in imperio
conſtans religionis Chriſtianæ libertas, & pax eſt fa-
cta: ſicut idem *Euſebius* libro 2. de vita Conſtanti-
ni cap. 19. & ſeqventibus, nec non hiſtoriæ eccle-
ſiaſticæ libro decimo capite ultimo oſtendit. Im-
mo & eadem religionis Chriſtianæ pax & libera pro-
feſſio, legibus qvoqve & edictis, in perpetuum eſſe
ſancita. Cujus generis a Conſtantino qvoqve
Magno ſancita eſſe edicta, partim *Euſebius* idem, in
vita Conſtantini libro 2. cap. 25. & 45. partim *So-
zomenus* hiſtoriæ libro 1. cap. 8. oſtendunt. Li-
qvet igitur, primam periodum, prædicto æræ Chri-
ſtianæ anno trecenteſimo vigeſimo qvarto eſſe fi-
nitam.

21, 6. Sed hic nonnulli, Julianæ apoſtatæ imperi-

um

um, contra opponunt dicuntq;: *Si Julianus apoſtata ethnicum imperium, in Chriſtianosq; perſecutionem, rurſus inſtauravit redintegravitq; : utiq; ethnicum idem imperiũ & ejus perſecutio, cum iisdemq; periodus prima, non anno 324, ſed anno potius 363. qvo mortuus eſt Julian9, eſt finitum.* Verum objectio hæcce nullius eſt momenti. Nam connexio falſa eſt; qvippe cujus conſeqvens eſt etiam hocce, primam periodum ultra trecentos duraſſe annos; ab anno enim æræ Chriſtianæ trigeſimo, qvo prima cœpit periodus, usq; ad annum 363, qvo Julianus apoſtata mortuus eſt, ſunt anni 333, adeoq; triginta plures qvam trecenti. Verum autem non eſt, conſeqvens hocce, primam periodum, ultra trecentos duraſſe annos. Nam veluti mulier, naturali & ſano ſe habens modo, ultra decem menſes ordinarie gravida non eſt: ut ideo *Hippocrates*, prout citatur a Sennerto in, Medicina practica, ubi de partu in genere: *In decem menſibus, qvod longiſſimum eſt, naſcitur fœtus*: & *Maro*, Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes: qvippe qvos decem menſes, mulier pariendo naturaliter antevenire qvidem poteſt, non autem poſtvenire. Ita primæ periodo æqvalis, mulieris ſole veſtitæ parturitio, qvatenus finiebatur partu pueri maſculi, omnes gentes ferreâ recturi virgâ, hoc eſt, Chriſtianorum totum in Romanum imperium poteſtate, ultra decem menſes myſticos, qvorum qvisq; triginta complectitur annos, hoc eſt ultra trecentos neutiqvam duravit annos, eosdemq; trecentos annos, fine & par-

tu ſuo antevenit potius qvam poſtvenit. *Deinde* ex eo qvoq;, objectionis connexio falſa deprehenditur eſſe, qvod aliud ſit alicujus imperii duratio, & aliud ejusdem inſtauratio. Inſtauratum eſt denuo regnum Iſraeliticum ſub Ariſtobulo 1. & tamen usqve ad Ariſtobulum 1. non duravit, qvippe ab Nabuchodonoſore, plusqvam qvadringentis annis, ante Ariſtobulum primum, eſt everſum. Sic regnum Italiæ Gothicum, inſtauratum qvidem rurſus eſt a Longobardicis regibus, non tamen ad Longobardicos usq; reges duravit, qvippe jam antea a Narſete, Imperatoris Græci duce, abolitum deſtructumqve. Et certum qvoq; hic eſt, qvod licet Julianus apoſtata, ethnicum imperium reſtaurare ſit annixus, ad eum tamen usq; non duraverit ethnicum imperium: qvippe cum exauctorato Licinio manifeſte interiens: ſic ut ab eo tempore, usq; ad mortem Conſtantii imperatoris, qvi anno 361 die 11 Decembris, juxta Calviſium in Chronologia, eſt mortuus, hoc eſt plusqvam triginta ſex annis, nullus ſaltem manifeſtarius & mundo notus, ethnicus fuerit imperator. Julianus enim demum poſt Conſtantii mortem, ethnicum ſe eſſe, & ethnicum ſtatuere velle imperium declaravit. Ex falſitate itaq, connexionis, objectionem falſam & frivolam eſſe liqvet.

22 Ex abundanti, de aſſumtione ejusdem objectionis noto qvoq;, ne eam qvidem eſſe ex toto veram. Qvanqvam enim verum eſt, Julianum

ethni-

ethnici imperii novam incepiſſe inſtaurationem, nec non adverſus Chriſtianos perſecutionem qvandam inſtituiſſe: falſum tamen eſt, ipſum aut revera idem ethnicum imperium inſtauraſſe vel reſtauraſſe: aut ethnicorũ imperatorum contra Chriſtianos perſecutionem redintegraſſe. Nam qvod ad perſecutionem Chriſtianorum, qvam fecit excitavitq; attinet, ea longe alterius generis fuit, qvam ethnicorum imperatorum fuerat perſecutio. Nam cum ethnici imperatores, aperta vi, tum & morte cruciatuq; vario illato, nitebantur Chriſtianos ad defectionem a fide, ethnicismumq; abducere: Julianus magis dolo & fraude, qvam vi & cruciatu, Chriſtianos ad defectionem a fide ſollicitabat, tum & magis bona, honores & dignitates Chriſtianorum, perſeqvendo appetiit, qvam vitam. Itaqve *Theodoretus*, hiſtoriæ libro 3 cap. 15. *ipſum benignitatis vultu ac perſona, laqveos ac decipulas poſuiſſe, qvibus Chriſtiani circumventi in impietatis*, id eſt ethnicismi *inciderent perniciem*: item cap. 18. *Chriſtianos perſeqvendo necem ab iis avertiſſe*: & cap. 15. *martyrum nomen ac honores, invidiſſe* ipſis Atq; *Sozomenus* libro 5. cap. 4 itidem mortem & cruciatus invidiſſe Chriſtianis ait, & potius ratione atq; hortationibus, exiſtimaſſe ad ethnicam religionem adducendos. Et cap 16. *Chriſtianos*, inqvit, *aperta vi cogere* (ſcilicet ad deficiendum) *diſpudebat eum* Atq; cap. 14. *inſcitiæ* putavit eſſe, *populum, qvi victimas immolare nollet, vel vi cogere, vel ſupplicio afficere.*

Tum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Tum & cap. 4. notat, eum præter omnium opinionem, clementem & humanum qvoq;, adverſus Chriſtianos voluiſſe videri. Ideoq; cap 5. addit, ipſum a Conſtantio in exſilium pulſos revocaſſe, & proſcriptis ſua bona reſtituiſſe; *populo etiam præcepiſſe, ne qvem Chriſtianum vel injuria vel contumelia afficerent, vel ad immolandum invitos traherent.* Et cap. 14. *ipſum non vetuiſſe, qvo minus Chriſtiani in unum convenirent, & preces pro arbitrio facerent.* Sic ille. Et qvanqvam graviora adverſus Chriſtianos animo haud dubie agitaverit Julianus: ut ideo *Theodoretus* lib. 3. cap. 12. ipſum confecto bello Perſico oppreſſionem Chriſtianorum voluiſſe ſuſcipere dicat: tamen effectus & eventus, conatui ejus non reſpondit. In eo enim bello interiit, cum nondum viginti menſes, ethnico more regnaſſet. Qvippe imperium, ethnico more incipiens a morte Conſtantii collegæ, qvi ut antea monitum eſt, anno æræ 361. 11. die Decembris obiit, usq; ad ſuam duntaxat mortem, illud facere continavit: qvæ ejus mors, ſicut ex *Ammiani Marcellini* libro 25. Calviſius, in chronologia oſtendit, anni 363. die 26. Junii accidit. Ideoq; & *Sozomenus* libri qvinti cap. 2. Chriſtianos *acerbius, in ejus exſpectanda qvam perferenda perſecutione, ait eſſe afflictos.* Et ea qvoq; eſt cauſa, cur Juliani adverſus Chriſtianos inſaniam, nonnulli veterum, cum cito intereunte compararunt nubecula, & pro vera & ſolida perſecutione, non habuerunt. Nubeculæ enim, præſertim cito tran-

ſeuntes

ſeuntis, in clara luce non habetur ratio, nec pro tenebris & interrupta ducitur die.

23 Qvod etiam ad imperium attinet ethnicum; aliud eſt incipere alicujus imperii inſtaurationem, aliud revera & actu idem inſtaurare: qvippe qvod præter inceptionem, reqvirit qvoq; ejusdem inceptionis inſtaurationisq; conſummationem. Eò autem aliqva temporis mora eſt neceſſaria, & ut incepta augeantur, roborentur ac confirmentur. Usq; adeo, ut ſine ejusmodi temporis mora, in ceptiq; confirmatione, ſuſcepta dominatio, pro novo regno aut imperio haberi non ſoleat, ſed aut ad irruptionem aliqvam, aut interregnum referri, veluti in Palatini Electoris regno Bohemico, circa hujus ſæculi annum 1619 inchoato liqvet: nam id ad irruptiones modo & interregna revocari ſolet. Morâ ergo aliqvantâ opus eſt, ut regnum reſtauretur conſtituaturq;. Talis autem temporis mora, inceptæq; dominationis ethnicæ confirmatio, Juliano apoſtatæ plane non fuit, qvippe imperium mox ut acceperat, unà cum vita in Perſis amittenti; ſic ut ne biennium qvidem integrum, immo ne viginti qvidem menſes totos, ſicut antea eſt oſtenſum ethnico more imperaverit. Ideo & *Sozomenus* libro qvinto cap. 1. imperium ejus ad exiguum tempus ait duraſſe. Et alii patres, ſicut antea qvoqve diximus, illud brevi tranſeuntem fuiſſe nebulam. Qvæ cum ita ſint, Julianus imperii cujusdam ethnici inceptionem magis fecit, qvam inſtaurationem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

& conatus illi duntaxat fuit, inſtaurandi denno imperii ethnici, defuit autem ſucceſſus. Atq; hæc hactenus. Falſa itaq; & frivola deprehenditur diſſentientium, ex Juliani imperio ſumta objectio, ratumq; & firmum manet, qvod eſt antea probatum, primam Chriſtianam periodum, anno æræ Chriſtianæ 324. revera eſſe finitam.

24. Hactenus primæ periodi Chriſtianæ, oſtenſum & conſtitutum eſt tum initium, tum finis. Nempe monſtratum eſt, eandem primam periodum anno æræ Chriſtianæ trigeſimo incepiſſe, & anno æræ Chriſtianæ trecenteſimo vigeſimo qvarto deſiiſſe. Id qvod erat præmittendum, anteqvam ejusdem periodi qvantitas conſtitui definiriq; potuit. Eô autem ſic præmiſſô conſtitutôq;, reliqvum, ſive qvanta ea exſtiterit, nullo negotio invenitur, & per ſe manifeſtum eſt, nempe eam periodum fuiſſe annorum 294. Nam cum, uti viſum eſt, anno 30. inceperit, & anno 324. deſierit, neceſſario idem inde conſeqvitur, ſcilicet 294. fuiſſe annorum. Detractis enim triginta annis de trecentis viginti qvatuor, non plures nec pauciores relinqvuntur, qvam 294.

25. Eadem primæ periodi qvantitas, ex certis qvoq; characteribus qvibusdam, qvos primæ periodi habet qvantitas, deprehenditur vera. Eos qvos characteres recenſebimus. Unus character eſt, qvod numerus ex qvo prima conſtat periodus, in ſeptem æqvales dividi poſſit partes. Nam ſic re-

liqvæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

liqvæ etiam periodi dividi poſſunt. Septem enim lampadum, qvæ Zach. 4. v. 2. ſeptem Chriſtianas eccleſias, adeoq; & ejusdem periodos repræſentant, qvælibet ſeptem habet cochlearia ſive infuſoria. Id qvod haud dubiè notat, cujuslibet periodi ſeptem æqvales fore partes, adeoq; & numerum, ex qvo qvælibet conſtat periodus, dividi qvoq; poſſe per ſeptem. *Secundus* character eſt, qvod ejusdem primæ periodi numerus, dividi qvoq; poſſit per ſex, ſive in ſex æqvales diſpeſci poſſit partes. Sic enim qvælibet qvoq; ſe habet periodus. Namq; Apoc. 6. cuivis ſigillo, adeoq; & periodo ſuum alatum attribuitur animal: eorumq; animalium cuilibet ſex attribuuntur alæ. Id qvod oſtendit, qvamlibet qvoq; periodum, in ſex etiam æqvales poſſe dividi partes, & propterea numerum ex qvo conſtat, eandem etiam recipere diviſionem.

26. *Tertius* character eſt, qvod ejusdem primæ periodi numerus, non ſit major annis trecentis, ſicut jam antea numero 21. c. eſt demonſtratum, & amplius qvoq; inde demonſtrari poteſt, qvod diutius non duraverit, qvam ethnicorum Romanum duraverit imperium: qvippe juxta ea, qvæ numero 20. & ſeqventibus ſunt dicta, tunc deſinens, cum ethnicorum imperatorum deſiit imperium. Nam ab anno æræ Chriſtianæ trigeſimo, qvo juxta dicta num. 19. b, prima incepit periodus, usq; ad annum 324. qvo juxta dicta numero 21. & ſeqventibus, ethnicum imperium deſiit, plusqvam trecenti

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

non ſunt anni. Qvippe triginta ſubtractis de 324. toti trecenti non ſuperſunt anni, ſed aliqvanto minus.

27. *Qvartus* & ultimus character eſt, qvod ejusdem primæ periodi numerus, non ſit minor annis 293. Nam periodus prima, veluti modo dictum & numero 21. & ſeqventibus eſt demonſtratum, finita eſt, cum ethnicorum imperium finiebatur, adeoq; non finita eſt, anteqvam idem ethnicum imperium finiebatur. Ethnicum autem idem imperium, anni de æra Chriſtiana trecenteſimi vigeſimi qvarti, priore parte, adhuc durabat. Tunc enim Licinius, qvi ethnicus erat, adhuc imperabat, velut in Phosphori apocalyptici num. 8. & ſeqventibus adducta hiſtoricorum teſtimonia docent. Qvare cum ethnicum imperium, priore anni 324. parte adhuc durarit, periodus qvoq; prima, qvæ ante finem imperii ethnici non eſt finita, eadem priore anni 324. parte adhuc duravit. Incepit autem, juxta dicta num. 19. anno æræ Chriſtianæ trigeſimo. Unde neceſſario ſeqvitur, eandem periodum, adeoq; & numerum ejus, annis 293. non eſſe minorem. Qvippe ab anno æræ trigeſimo, ad priores anni 324. partes, nullatenus minus ſunt qvam anni 293. Hactenus hi characteres.

28. Ex iis autem characteribus, periodum primam, annis 294. exacte conſtare, ſic probatur. Ex duobus poſterioribus characteribus, neceſſario ſeqvitur, numerum ex qvo primæ periodi conſtat

qvan-

qvantitas, eſſe numerum aliqvem intermedium inter 292. & 301. Nam cum prima periodus ejusq; numerus, juxta characterem qvartum, non ſit minor annis 293. & juxta tertium characterem, non ſit major annis trecentis; neceſſum eſt, ut ſit numerus aliqvis intermedius inter 292. & 301. Ex duobus autem prioribus characteribus ſeqvitur, eundem numerum, eſſe illum inter 292. & 301. interjectum & intermedium, qvi & per ſeptem & per ſex exactè dividi poteſt. Talis autem nullus alius numerus eſt qvam 294.: qvippe qvi ſolus inter 292. & 301. ita eſt interjectus, ut & in ſex, & in ſeptem æqvales dividi poſſit partes. Septima enim ejus pars ſunt 42. & ſexta ejus pars ſunt 49.

29. Inveſtigata itaq; eſt primæ periodi qvantitas: Ex ejus autem qvantitate, nullô negotio cæterarum, excepta ultimâ, inveniri poteſt qvantitas; atq; itidem 294. annorum deprehenditur eſſe. Nempe cum per ea qvæ dicta ſunt numero primo, omnes periodi, exceptâ ultimâ ſint æqvales, adeoq; qvanta eſt una earundem, tanta qvoq; ſit qvælibet: atq; ex dictis numero 24. & 28. primam periodum, ducentis nonaginta qvatuor, conſtet duraſſe annis, neceſſariò inde conſeqvitur, qvamlibet periodum, exceptâ ultimâ, cujus qvantitatem Deus voluit eſſe ignotam, annorum eſſe 294. Id qvod erat demonſtrandum.

SCHE-

SCHEDIASMA XII.

Sive ultimum, Incerti auctoris, novam de MILLE ANNIS APOCALYPTICIS proponens ſententiam.

I.

Ad hoc usqve tempus anni mille, de qvibu Apoc. 20. agitur capite, ab interpretibus accepti ſunt, de mille annis vulgaribus, & qvorum qvisq; eſt duodecim menſium: idq; ita ut illi mille anni, ſecundum qvosdam ſint præteriti, ſecundum alios vero adhuc futuri. Qvarum ſententiarum utramq;, graves ſatis comitantur difficultates, qvæq; earum de veritate merito dubitare cogunt. Sententiam de mille annis vulgaribus jam præteritis hæc gravant: qvod non conſentiat cum hiſtoria: qvippe mille annos jam præteritos, qvi ad vaticinium applicari poſſunt, neutiqvam ſuppeditante: qvod etiam eadem ſententia, hoſce mille annos incipiat, a parta per Conſtantinum Magnum, religionis Chriſtianæ libera profeſſione: cum Johannes Apoſtolus Apoc. 20., eosdem potius incipiat a parta victoria de beſtia, id eſt antichriſto regnante, qvæ beſtia, ſive antichriſtus regnans, tempore Conſtantini Magni necdum erat.

2. Reliqvam ſententiam, de mille annis vulgaribus, necdum inceptis, & adhuc futuris inchoandisq;

hæcce

hæcce gravant. Primum, qvod veri mille anni apocalyptici, finem regni Papalis præcedant, & ante ejusdem regni Papalis finem terminentur: Sanctorum enim atq; fidelium regnum, qvod finito regno Papali adhuc erit, eſt æternum, finemq; non habens, uti ex Danielis 7. verſu 18. & 27. liqvet. Itaqve regnum mille annorum, qvippe qvod non eſt æternum, finemq; habebit, non eſt illud regnum, qvod erit poſt finem regni Papalis, ideoq; etiam ante finem regni Papalis terminabitur. Qvod ſi autem ante finem regni Papalis terminabitur, atq; nondum, uti etiam ſtatuunt, eſt inceptum; utiq; Papatus regnum adhuc mille, ad minimum annis durabit. Tamdiu autem Papatus regnum, adhuc eſſe duraturum, eſt admodum abſurdum, & cum nulla Proteſtantium de duratione regni Papalis conſonat ſententia. Qvi enim longiſſimè illud extendunt, ne qvidem ad ſexcentos poſthac illud porrigunt annos: & qvi diligentius rem excuſſiſſe videntur, ne qvidem ad centum usq; futuros adhuc annos, idem regnum Papale producunt.

3 Alterum, qvod hanc poſteriorem gravat ſententiam, hocce eſt. Qvod ſi mille anni vulgares, necdum incepti, in hocce intelligunt vaticinio: utiq; mundus qvoq; adhuc, mille ad minimum vulgaribus durabit annis: & cum annus æræ vulgaris nunc agatur 1697, mundus non finietur ante æræ vulgaris annum 2697: Id qvod neutiqvam admitti poteſt:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

poteſt: & duo præcipue ſunt, qvæ contrarium ſvadent. Primum eſt, vetus vaticinium tam Hebræorum qvam Chriſtianorum, qvodq; ſine cauſa rejici contemniq; non debet: nempe mundum amplius ſex mille annis circiter, non eſſe duraturum. Exſtat illud vaticinium, in interpolata epiſtola *Barnabæ*, a Madero & aliis edita, item in *Irenæo* libro 5. adverſus hæreſes cap. 23. *Lactantio* libro 7. cap. 14. *Juſtino* qvæſt. 71. ad orthodoxos, *Auguſtino* de civitate Dei libri 20. cap. 7. *Hieronymo* in epiſtolari explicatione Pſalmi 89. ad Cyprianum, & aliis vetuſtis Patribus: qvorum multi allegantur qvoq; a *Gerhardo* in loco de extremo judicio, numero 77. & præcipue a *Thoma Malvenda*, libro 2. de antichriſto cap. 21. & 22. nec non a *Cornelio a Lapide* in Apoc. 20. verſu 6. Apud Judæos exſtat in Thalmudis Sanhedrin cap. 11. & in Aboda Zara, aliisq; locis, ſicut oſtendunt citatis locis *Malvenda* & *Gerhardus*: nec non *Manaſſes ben Iſrael*, de reſurrectione mortuorum, libro 3. capite 3. & 4. libro de creatione, problemate XI. & in Conciliatore, qvæſt. 30. in Geneſin: juxta ac *Chriſtianus Gerſon* in Judæorum Thalmude libri 2. cap. 7. Corneliusq; a Lapide, ex Lactantio & Sixto Senenſi refert, traditum qvoq; eſſe a Sibyllis, Hydaſpe & Hermete, additq;. *In hanc ſententiam conſpirant Chriſtiani, Hebræi, gentiles, Græci & Latini, ut videatur eſſe vetus communisq; traditio.* Sic ille. Analogiſmi qvoq; varii, qvibus inſuper admodum veriſimile redditur hoc vaticinium, adducuntur qvoq;

abda

ab eodem a Lapide, nec non Gerhardo, in citatis ſedibus. Poſito autem & ſtante vaticinio iſto, ſtare non poteſt ſententia, de mundo ante æræ Chriſtianæ annum 2697. non interituro, & propterea poſt Chriſti in carne adventum, iisdem 2697. annis ad minimũ adhuc duraturo. Nam ſublatis annis 2697. de totius mundi, juxta hoc vaticinium, duratione & ætate, ſive de annis ſex mille, relinqvuntur anni duntaxat 3303, qvos & non plures a creatione mundi ad Chriſtum, ſic effluxiſſe foret neceſſum. Falſum autem eſt, non niſi annos 3303. a creatione mundi ad Chriſtum effluxiſſe. Nulli enim chronologi, tam paucos hujus intervalli aſſignant annos, ne Judæi qvidem, qvippe qvi juxta Riccioli de hac re catalogum, Chronologiæ libro 7. cap. 1. non minus ponunt, qvam annos 3740 Et Chriſtianorum, qvi Hebræorum fontium in Chronologia ſeqvuntur numeros, nemo minus numerat, qvam 3800. aut 3900 annos, hoc eſt qvingentos aut ſexcentos circiter annos plus, qvam hæc perfert millenariorum ſententia: & qvi accuratius ſummam eorum ſupputant annorum, circiter qvater mille, hoc eſt ſextingentos annos plus numerant. De qvo vide dictum Riccioli catalogum. Hoc eſt primum, qvod ſvadet, annos poſt Chriſtum non fore 2697.

4. Alterum, qvod id ipſum non ſvadet modo, ſed & perſvadet evincitq;, eſt qvod ætas mundi poſt apparitionem Chriſti, non ſit plusqvam triens de ætate totius mundi; idq; cum hac millenariorum ſen-

tentia conciliari nunqvam poſſit. Ætatem mundi poſt Chriſtum, non eſſe plus qvam trientem de ætate totius mundi, inde probatur, qvod ad totius mundi comparata ætatem durationemq;, in Scripturis ſacris, Heb. 10. v. 37. & 1. Cor 7 v. 29, proponatur ut tempus parvum: Atq; Heb. 1. v. 2. Jac. 5. v. 13. & Act. 2. v. 17. ut ultimæ dies, ἔσχαται ἡμέραι: item Eſa. 2. v. 2. & Mich. 4. v. 1. ut ultimum dierum vel temporum אחרית הימים: & 1. Pet. 1. v. 20. ut ultima tempora, ἔσχατοι χρόνοι: immo & 1. Joh. 2. v. 18. ut ultima hora ἐσχάτη ὥρα. Qvod enim ad totius mundi ætatem, habet ſe modò, ut ejus tempus parvum, ut ultimum dierum vel temporum, ut deniq; ultima hora, plusqvam triens ejus haberi non debet: qvandoqvidem uſus proprie loqvendi, a qvo ejusmodi in locutionibꝰ nihil recedere cogit, eam duntaxat ætatem, ita apellare ſolet, qvæ totius majoris ætatis ad qvam refertur, tertiam non excedit partem. Accedit, qvod eadem poſt Chriſtum ætas, Pſalmo qvoq; 59. verſu 7. ut veſpera mundi proponi videatur: qvando de Judæorum rejectione, qvæ tempore poſt apparentem in carne Meſſiam erat futura, hymnographus ibidem ait: *pudefient veſpere, ululabunt tanqvam canes* Et Patres qvoqve paſſim, mundi poſt adventum Chriſti, ætatem, ut mundi reſpiciunt proponuntq; veſperam. Ut itaq; diei naturalis veſpera, vere loqvendo, non eſt plusqvam triens de ætate totius di-

ei; ſic etiam veſpera mundi, ſive ætas poſt Chriſtum, tanqvam majoris & excellentioris cujusdam diei veſpera, non eſt plusqvam triens de ætate totius mundi. Suffragii loco huc accedit, Hebræorum & nominatim domus Eliæ vaticinium, in Gemara Aboda Zara cap. 1. & apud Manaſſen Ben Iſrael libro 3. de reſurrectione mortuorum cap. 3. nec non apud *Malvendam*, citati libri capite 21. & *Gerhardum*, Chriſtianumq; *Gerſonem*, locis antea allegatis: ex illis ſex mille annis, qvibus mundus eſt duraturus, bis mille annos fore dies Meſſiæ, ſive tempus poſt apparitionem Meſſiæ. Nam ſi mundus, ultrà ſex mille ànnos non durabit, eorumq; ſex mille annorum bis mille poſtremi, ſunt tempus poſt Meſſiæ adventum, omnino idem tempus poſt Meſſiæ adventum, plusqvam triens de totius mundi ætate non exiſtit. Duo enim millia, non ſunt plusqvam tertia pars, de ſex mille. Liqvet igitur, ætatem mundi poſt adventum Chriſti, non fore plusqvam trientem de ætate totius mundi.

5. Qvod vero hoc cum ſententia millenariorum, qvæ ætatem Novi Teſt. non fore minus qvam 2697 annos vulgares conſtituit, conſiſtere conciliariq; non poſſit: inde probatur, qvod ea millenariorum ſententia, ſuammet juxta hypotheſin reqvirat, ætatem mundi poſt adventum Chriſti, fore ad minimum annorum 2697: Qvare ſi eadem ætas, triens eſt de ætate totius mundi, ſicuti ſi vera foret, eſſe deberet, qvemadmodum eſt monſtratum: neceſſario

conſeqvitur, ætatem mundi ante Chriſtum qvippe complexam non minus qvam beſſem, ſive duos trientes de ætate totius mundi, adeoq; non minus qvam duplum, ad prædictos annos 2697. non fore minus qvam annos vulgares 5394. Qvorum tamen utrumq; falſum eſſe reperitur. Qvippe ætas mundi ante Chriſtum, juxta omnes Chriſtianos chronologos, qvi qvidem Hebræorum codicum ſeqvuntur numeros (de Græcorum enim, & Græcos ſeqventium manifeſtis erroribus, nos laborare nihil eſt neceſſe) annos qvatuor mille & ducentos neutiqvam excedit: veluti hoc partim ex eorum ſcriptis, partim ex prædicto catalogo diverſarum ſuper hac re ſententiarum, apud *Ricciolum* Chronologiæ libro 7. cap. 1. conſtare poteſt. Nam majorem ſummam ſectatus *Codomannus* in Annalibus, tantum ponit annos 4141. & maximam eligens *Marianus Scotus* in Chronico, duntaxat ponit 4193. Atqui mediocres veroq; propiores, conſtituunt ſummas, annos aut numerant exacte qvatuor mille, ut Uſſerius & Uſſerium ſeqventes, qvi ſunt pleriq; aut aliqvantillo ſive plus, ut *Pererius* in Danielem ponens annos 4022. & alii alios ſimiles numeros ſive minus, ut *Calviſius, Alſtedius* & *Helvicus* ponendo annos 3947. *Lutherus* 3960, *Henr. Buntingus* 3967. & Dionyſ. Petavius 3980. Qvod ſi itaq; ætas mundi ante Chriſtum, annos 4200. neutiqvam exſuperat, & tamen plusqvam beſſem ſive duos de totius mundi ætate, non conſtituit trientes: ſive duplum

ætatis

ætatis poſt adventum Chriſti, certo falſum eſt, ætatem mundi ante Chriſtum, non fuiſſe minus qvam annos vulgares 5394. Nam anni 4200., annis mille centum & nonaginta qvatuor, adeoq; mille fere & ducentis, minus ſunt qvam anni 5394. Reliqvum etiam, ſive annos mundi poſt Chriſtum non minus fore qvam 2697. falſum itidem reperitur. Namqve cum anni poſt Chriſtum, non ſint plusqvam dimidium annorum, qvi præceſſere Chriſtum, qvippe triens modo de ætate totius mundi: utiq; cum anni ante Chriſtum, non fuerint, ut monſtratum eſt, plures qvam 4200, neceſſum eſt, annos mundi poſt Chriſtum, tanqvam non excedentes dimidium eorundem 4200. annorum, non fore plusqvam 2100. Qvod ſi autem anni poſt adventum Chriſti, non poſſunt eſſe plures qvam 2100, falſum omnino eſt, qvod millenariorum ſtatuit ſententia, eosdem fore annos 2697. Nam anni 2100 qvingentis nonaginta ſeptem annis ad minimum minus ſunt, qvam anni illi 2697. Conſtat itaq;, ſententiam de mille annis vulgaribus apocalypticis, adhuc futuris, tantis laborare difficultatibus, ut admitti neutiqvam poſſit.

6. Qvæ cum ita ſint, ſententias qvæ annos mille apocalypticos, de vulgaribus & duodecim ad minimum menſium capiunt annis, iis liqvet premi difficultatibus, qvæ ſuperari vix aut nunqvam poterunt. Ideoqve, qvidam ſcriptis alias notus, ſed qvi nomen ſuum hic ignorari voluit, & pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

pterea à nobis Anonymus eſt appellandus, in longe
aliam, eamq; plane novam de iis mille annis venit
ſententiam, qvam ex ipſiusmet conſenſu hic ali-
qvantò latius proponemus. Mille iſtos annos ſta-
tuit, non eſſe annos vulgares, ſicut & nulla cætera
apocalypticis in prophetiis tempora, ut exiſtimat,
ſunt vulgaria, nempe nec hora, nec dies, nec men-
ſis, & omnia à vulgari temporum, ad Novi Teſta-
menti ætates pertinentium uſu remota. Nempe
eosdem mille annos, dicit eſſe menſtruos annos, ſi-
ve qvorum qvisq; unico conſtat vulgari menſe: &
valere annos Julianos octoginta cum ſemiſſe fere.
Præterea eosdem mille annos menſtruos, & qvi
Apocalypſeos regnum conſtituunt millenarium,
reformatione, facta per Lutherum & ejus in docen-
do ſocios, incepiſſe ſtatuit. Item eosdem mill
annos, circa initium hujus ſeculi decimi ſeptimi, ſi-
ve circiter annum 1600. deſiiſſe. Qværis, qvo
fundamentum Anonymus, hujuſce ſuæ novæ ha-
beat ſententiæ? Reſpondet, fundamentum hoc es-
ſe, reliqvas interpretationes non poſſe ſubſiſtere, &
cum certum ſit, ut exiſtimat, eos mille annos, du-
dum eſſe elapſos, nullos alios in hiſtoria, mille re-
periri annos, qvi vaticinio apocalyptico ex aſſe con-
cordant, præter hoſce memoratos annos mille men-
ſtruos.

7. Ad particularia verò qvod ſpectat, ait, animas
eorum qvi Apoc. 20. v. 4. necati dicuntur propte
teſtimonium Jeſu, & qvi non adoraverunt beſtiam

ejusq

ejusq; imaginem, non eſſe diverſos ſed eosdem, & alterum explicare alterum. Itaq; Græci fontis verba ſic interpretatur. *Vidi animas interfectorum propter teſtimonium Jeſu, & propter verbum DEI:* nempe *qvi non adoravere beſtiam, neq; imaginem ejus, nec receperunt characterem* (ejus) *in fronte, aut in manu ipſorum*: ſic ut particula Græca καὶ in verbis, καὶ οἵτινες οὐ προσεκύνησαν, ex ejus ſententia, ſicut alias ſæpe, hic qvoq; idem ſit, qvod nempe. Ideoq; etiam eos, qvi hic dicuntur necati, propter teſtimonium Jeſu & propter verbum Dei, dicit eſſe, qvi ita necati ſunt propter teſtimonium Jeſu & Dei verbum, ut ſimul necati ſint propterea, qvod non adoraverint beſtiam, aut ejus imaginem, id eſt majeſtatem & auctoritatem, qvemadmodum & Pſal. 73: v. 20. nomen imaginis uſurpatur · eſſeq; illos, qvi, qvod & Philipus Nicolai libro 2, de regno Chriſti ſtatuit, necati ſunt à Papis & Romana Eccleſia, qvod verbum Dei profitentes, Papis & Romanæ Eccleſiæ contrarium jubentibus, obſecundare noluerint, Papiſmiqve profeſſionem ſuſcipere detrectaverint: nempe eſſe Valdenſes, Wiclefiſtas & Huſſitas, aliosq; ſimiles, qvi verbum Dei Evangeliumq; Chriſti profitentes ita ſemet geſſere, itaq; a Romana eccleſia ſunt tractati. Revixiſſe autem eosdem in Reformatione, qvod & Daniel Cramerus in Notis Biblicis concedit, ſimul ait: idq; porrò eſſe factum, qvatenus eorum doctrina, propter qvam necati ſunt,

tunc revixit. Id qvod in Reformatione contigit etiam revera. Nam communis Valdenſium, Wicleſiſtarum & Huſſitarum, verbo Dei conſentiens Papiſmoq; contraria doctrina, eadem eſt, qvæ Proteſtantium communis, Papiſmoq; contraria, qvæ in Reformatione emerſit doctrina. Ad regnum eos revixiſſe, & judicium illis eſſe datum, ideo de ipſis ait dici, qvod hæc eorum doctrina in Papiſtas omnino regnaverit atq; triumphaverit, & Papiſmum in dimidio circiter occidente proſtraverit. Eodem Reformationis initio, auctor hic anonymus, Satanam dicit ligatum, id eſt ligari cœptum, dum ejus doctrina, qvà ſeduxit Papiſtas, ſive Romanæ eccleſiæ membra, ligari & ſupprimi tunc cœpit: ſicut & tandem in dimidia circiter occidentis parte, ſic ligata eſt atqve ſuppreſſa.

8. Porrò exactis ab initio Reformationis mille annis menſtruis, id eſt vulgaribus Julianisq; annis circiter octoginta, ſolutum denuo eſſe ſatanam, & denuo cœpiſſe gentes ſeducere, ſive ad Papiſmum reducere, inde ait cognoſci: qvod circiter initium hujus ſæculi decimi ſeptimi, nempe circa annum ſive 1598 ſive 1601, inter qvos & initium reformationis, mille anni interfluxerunt menſtrui, ſive octoginta circiter vulgares, revera hæc contigerint. Nam circa id tempus, res Proteſtantium retro cœperunt ire, & pluribus locis, evangelicæ profeſſionis libertas, minui qvàm augeri, innumeriq; à Proteſtantibus ad Papiſmum deficere. Qvippe eo tempore

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Ferdinandus Dux Auſtriæ, ut refert in Sleidano continuato Schadæus, in Chronologia Calviſius, & in hiſtoria ſui temporis Thuanus, aliiq; plures, veritatem evangelicam in Stiria & Carinthia cœpit opprimere, & tandem prorſus oppreſſit⌐. Eodemq; tempore, Epiſcopus Genevenſis *Franciſcus Sales* florebat, qvem Papiſtæ, nominatim *Petrus Camuſius*, in opere, qvod *Eſprit de Sales*, Genium Franciſci Sales, appellat, partis 14. capite 17. & partis 10. cap. 10. nec non *Nicolaus de Hauteville*, in Octave de Sales, Octava Franciſci de Sales, jactant, ad plusqvam qvinqvaginta millium Proteſtantium reductionem ad Papatum eſſe cooperatum⌐. Eodem etiam tempore, ille idem Franciſcus Sales; hominibus pervertendis, ad Papismumq; reducendis, acriter qvoqve invigilavit⌐. Et ipſemet in Epiſtola ad Clementem octavum, ſcripta anno 1603. (eſt epiſtola 2. in ejus libro 2. epiſtolarum) de ſucceſſu hujus ſui conatus & propoſiti, admodum gloriatur⌐. Et inter alia, *Nusqvam* inqvit *ſvaviùs, nusqvam efficaciùs, hoc noſtro tempore, hæreticorum copia tanta, ad ſanam fidem eſt adducta.* Item. *Cum antea in tot parochiis* (ſupra dixerat Genevæ vicinioribus ſexaginta qvinq; parochiis), *ne centum qvidem Catholici apparerent, nunc ne centum qvidem hæreticos videri.* Diſerte qvoqve memorat annum 1598, eoq; anno adeo feliciter ait ſucceſſiſſe negotium, ut Cardinalis Florentinus adveniens, multa jam hominum millia viderit eſſe converſa⌐. Hæc *Franciſcus Sales.* Qvanta vero

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

mala, ſecuta ſint hæcce, circa initium hujus ſæculi decimi ſeptimi erumpentia, religionis evangelicæ opprimendæ primordia: & qvomodo ab eo usq; tempore, res Proteſtantium usq; decreverint, atq; in Auſtria, Hungaria, Bohemia, Moravia, Sileſia, Palatinatu, Ducatu Neoburgico, Gallia, aliisq; locis, alibi lux evangelii ad angulum aliqvem redacta, alibi penitus exſtincta ſit atqve oppreſſa, hiſtoriarum peritis, anonymus ait neutiqvam eſſe obſcurum.

9. Cenſet qvoqve, ſolutionem qvatuor angelorum, de qvibus in tubicinio ſexto, Apoc. 9. v. 14. agitur, ad Euphraten, id eſt Babylonis myſticæ fluvium, vel vires multitudinemq; ligatorum, in eadem initia hujus ſæculi incidere: ſolutionemq; ſatanæ poſt mille annos & ſolutionem qvatuor angelorum, unam eandemq; complecti hiſtoriam: eosdemqve qvatuor angelos, eſſe Romanæ eccleſiæ clerum, maxime Jeſvitizatum, ſive Jeſvitatum vel caſtra vel artes, in oppugnandis proteſtantibus ſeqventem: & reductum ad ordines vel ſocietates qvatuor, nempe Italorum, Hiſpanorum, Gallorum & Germanorum: Hibernis revocatis ad Hiſpanos vel Gallos: Polonis autem & Hungaris aliisq; ſimilibus ad Germanos.

10. Sed & Gogum atq; Magogum, qvos ſolutus Satanas, adverſus caſtra ſanctorum Apoc. 20. dicitur incitare, unà cum Dolingio in Antichriſto, Danhavero in Antichriſtophia & Turcico flagello, noſtroq; celeberrimo Wandalino juniore, in Conſidera-

ra-

ratione chiliaſmi cap. *9.* p. 154. Papiſtarum atq; antichriſti cenſet eſſe catervam. nempe eſſe Romanam eccleſiam clericam laicamqve. Rationes autem, qvibus adductus, Gogum atq; Magogum, Papiſtarum adeoq; antichriſti cenſet eſſe catervam, hæ exiſtunt. Primum, inqvit, ligatio Satanæ, efficiens regnum millenarium, eſt ligatio cohortis Papiſticæ ſive antichriſtianæ, per eorum emergens regnum, qvi non adoraverunt beſtiam ſive Papam; ceu ex Apoc. 20. v. 1. & ſeqventibus liqvet. Si autem ligatio ſatanæ, hoc conſtituens regnum fit per ligationem cohortis Papalis, utiq; ſolutio ſatanæ, in emergente rurſus Gogo & Magogo, eſt etiam in cohorte Papali: circa qvod enim verſatur ligatio, circa idem verſatur ſolutio, & oppoſita ſunt circa idem. *Deinde* Gogi & Magogi perſecutio proponitur in Scripturis, ut ultima inter generales eccleſiæ Chriſtianæ perſecutiones. Apocalypſis enim poſt Gogum & Magogum, nullum generalem eccleſiæ memorat hoſtem, qvi perſeqvitur eam. Et in Ezechiele capite 38. & *39.* Gogus atqve Magogus proponuntur, ut hoſtis generalis, qvi in ultimis mundi temporibus, eccleſiam ſit vexaturus. Talis autem eſt qvoq; antichriſti ſive Papæ perſecutio. Daniel enim cap. 7. parvi cornu, id eſt antichriſti, ut ab omnibus patribus explicatur, nempe Papæ, perſecutionem, ut ultimam inter generales proponit. Et Apocalypſis cap. 15. de phialis, qvæ in beſtiam, id eſt Papatum effunduntur, dicitur, iram Dei nem-

pe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

pe generalium perſecutionum iram, cum his plagis finem eſſe habituram. Deniqve qvod confeſſum eſt, Gogi & Magogi hiſtoria Ezechielitica & Apocalyptica eadem eſt, novis tantum circumſtantiis, qvæ alterubi omittuntur, alterubi proponuntur, variata. Ezechielitica autem Gogi hiſtoria, porrò eadem eſt, atq; hiſtoria beſtiæ, ſive antichriſti id eſt Papæ, & Regum terræ Apoc. 19, cum ſedente Chriſto in eqvo albo pugnantium. Idq; docet utrobiq; facta avium, ad edendas carnes principum invitatio, & ejusmodi alia. Ideo *Matthias Hoe* in Apoc. 19. ſuper iisdem prophetiis, Utrobiq; (inqvit) Spiritus S. de extremo & finali interitu hoſtium eccleſiæ agit. Utrobiq; omnes aves accerſit; utrobiq; mentionem cœnæ magni Dei, ſeu victimæ, qvam Deus immolat, mentionem facit: utrobiq; carnes comedi præcipit. Neq; (addit) obſtat, qvod apud Ezechielem, avibus beſtiæ adjungantur & non ſolum carnes comedere, ſed & ſangvinem bibere jubentur. Novum ſiqvidem non eſt, qvæ uno loco fuſius leguntur, ea alibi brevius referri, & vice verſa, uti ex plurimis S. Scripturæ exemplis manifeſtum evadit. *Sic Hoeus.* Itaq; Anonymus conſtare ait, beſtiæ & regum terræ pugnantium cum ſedente in eqvo, Apoc. 19. hiſtoriam, eandem eſſe, atq; Ezechieliticam Gogi atqve Magogi hiſtoriam, & propterea eandem etiam eſſe, atq; Apocalypticam Gogi & Magogi hiſtoriam eventumqve, ſiqvidem Apocalypſeos & Ezechielis, hiſtoria Gogi

atq;

atq; Magogi, ut antea dictum eſt, eædem qvoq; exiſtant. Hiſtoria autem beſtiæ & regum terræ, pugnantium cum ſedente in eqvo Apoc. 19. juxta omnes ſaltem ſinceros Proteſtantes, eſt pugna antichriſtianæ, adeoq; & Papalis cohortis cum Chriſto. Unde neceſſario infertur, Gogum & Magogum, de qvibus Apoc. cap. 20. agitur, eſſe qvoq; Papatum vel Papalem catervam. Atq; ſic Anonymus probat, Apocalypſeos Gogum atq; Magogum, Papalem eſſe cohortem catervamqve.

11. Obducit tamem ſibi hanc contrariam objectionem; ſoluti per Gogum atq; Magogum ſatanæ hiſtoriam, juxta nonnullos, repræſentari in Apocalypſi, tanqvam factam, poſtqvam beſtia ſive antichriſtus, id eſt Papa, projectus eſt in ſtagnum ignis, adeoq; eſt oppreſſus: ſiqvidem projectâ in ſtagnum illud cap. 19. beſtiâ, demum capite 20. proponitur, hiſtoria ſoluti in Gogo & Magogo ſatanæ; & tandem ejusdem capitis 20. v. 10 dicitur, diabolum, qvi excitabat Gogum atq; Magogum, adverſus eccleſiam, projectum eſſe in ſtagnum ignis, ubi beſtia & pſeudopropheta, ὅπȣ θηρίον ϗ ψευδοπροφήτης, nempe erant. Si autem Gogi & Magogi hiſtoria non fit, niſi poſt oppreſſum Papam ſive antichriſtum, utiq; inde ſeqvi, Gogum & Magogum non eſſe Papalem catervam. Ita habet objectio. Solvit autem hanc objectionem ita. Ex antea dictis, inqvit, certum eſt, hiſtoriam beſtiæ regumq; Apoc. 19.

nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

nec non hiſtoriam Gogi & Magogi Apoc. 20. eſſe eandem: neq; contrarium poteſt concludi ex eo, qvod hiſtoria Gogi atq; Magogi, proponatur poſt hiſtoriam beſtiæ vel antichriſti oppreſſi. Siqvidem in prophetiis, veluti liqvet ex ſomnio Gen. 41., de ſeptem vaccis & ſeptem ſpicis, eadem aliqvoties iterari ſolent, & aliis atq; aliis viſionibus atq; imaginibus repræſentari. Idq; etiam perſæpe in Apocalypticis fit vaticiniis, & ſi opus foret, multis qvoq; posſet probari exemplis; eſtq; à veteribus agnitum qvoqve, & in iis etiam Auguſtino: qvippe qvi de civitate Dei libri 20. cap. 17. *Apocalypſis*, inqvit, *ſic eadem multis modis repetit, ut alia atq; alia dicere videatur, cum aliter atq; aliter hæc ipſa dicere inveſtigetur.* Ita Auguſtinus. Verba qvoq; illa ὅπου τὸ θηρίον καὶ ψευδοπροφήτης, ſive, *ubi beſtia & pſeudopropheta*, qvæ omnium confeſſione elliptica ſunt, & qvædam ad ſenſum neceſſaria omittunt, ſic qvoq;, inqvit anonymus, ſuppleri & explicari poſſunt: *ubi beſtia & pſeudopropheta dicta vel viſa erant conjici.* Ex qvo nihil aliud ſeqvitur, qvam duas diverſas fuiſſe viſiones: ex viſionum autem diverſitate, rei & hiſtoriæ, argui non poteſt diverſitas: ſiqvidem, ut & modò dictum, in Apocalypſi, ut & aliis in propheticis ſcriptis, eadem diverſis ſæpe exhibentur repræſentanturqve viſionibus, imaginibusqve. Ita objectionem ſolvit anonymus. In eaq; objectionis hujusce ſolutione, aſtipulantem ſibi prorſus, habet qvoq; Celeber-

leberrimũ & Excellentiſſimũ *Wandalinum juniorem*, qvippe qvi in Conſideratione chiliaſmi capite II. p. 212. eodem modô, hanc objectionem refellit deſtruitqve.

12. Anonymus itaq; non modo probat, Gogum atq; Magogum eſſe antichriſti ſive Papæ catervam, ſed & qvæ alicujus exiſtentia momenti, contra objici poſſunt, reſolvit. Porrò eundem Gogum cenſet qvoq; eſſe, Papiſticæ ſive Romanæ eccleſiæ clerum. Ideoq; laudem mereri ait, qvod *Hieronymus* in Ezech. 38 Gogum interpretatur principes hæreticorum: & *Pfeifferus* in Dubiis vexatis ex Æthiopicæ lingvæ cum Hebræa affinitate, oſtendat, Gogum ex vi vocis notare impoſtorem. Magogum autem anonymus, cenſet eſſe ejusdem Romanæ eccleſiæ laicos & maxime principes. Ideoq; & Gogum Ezechielis 38. v. 2. dici eſſe de terra Magog. Nam in Principum terris clerus Papiſticus hoſpitatur, ibiqve imperium habet in imperio: nempe maximam partem, ſub principibus laicis & eorum protectione vivens, ſuum tamen peculiare habet imperium, non Principibus ſed Papæ ſubjectum. Idq; *Pallavicinus* in Hiſtoria Concilii Tridentini lib. 12. c 13 monarchiæ Papali contendit conducere, & auctoritatem ſedis apoſtolicæ, ut appellat, ſuſtinere: cum in comperto ſit (addit) omne monarchiæ regimen, qvô ſe illæſum tueatur, opus habere in ſingulis provinciis, aliqvô prævalido præſidio ejusmodi ſubditorum, qvi principi per ſe ac perpetuò illic dominanti ne-

qva-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

qvaqvam ſubjiciuntur. Sic ille. Adhæc idem Anonymus, Meſechum & Thubalum, qvorum princeps Ezech. 38. v. 2. & cap. 39. v. 1. Gog eſſe affirmatur, duas præcipuas in Europa regnantes ſtatuit esſe familias: qvibus poſt Reformationem, & maximè poſt initium hujus ſæculi 17. ad exſcindendam multis in locis Proteſtantium religionem, Romanæ eccleſiæ clerus præcipuè eſt uſus: nempe domum regnantem Auſtriacam & domum regnantem Gallicam: Gogum autem ſive clerum, dici earum familiarum principem, qvia clerus eis imperat qvaſi, & qvia cleri voluntatem, ſi pace frui volunt, coguntur facere: cum eoq; concordare ait, qvod Apoc. 17. verſu ultimo, Babylon id eſt Romanæ eccleſiæ clerus, regnum dicatur habere in Reges terræ. Tantum de Gogo atq; Magogo.

13. Præterea qvod mille anni menſtrui, tantundem ſint atq; octoginta circiter anni vulgares, ſive Juliani, anonymus ſic probat. Decem menſes lunares, juxta tabulas aſtronomicas Ptolemæi, Alfonſi, Copernici atq; etiam Tychonis, continent dies 295, horas ſeptem & minuta prima viginti, cum unius ejusmodi minuti parte, ſive ut rotundemus numerum, minuta prima viginti & unum. Itaq; mille menſes lunares, continent ejus centuplum, nempe dies 29500, horas 700, minuta 2100, hoc eſt dies 29530, cum parte diei, ſive ut rotundemus dies 29531. Tot autem dies, conſtituunt annos Julianos octoginta, cum ſuperfluis diebus 311. Ad-

ul-

ultimum annos menſtruos, non eſſe figmentum qvoddam, ſed verè qvoq; fuiſſe olim uſitatos, variis auctorum probat teſtimoniis, qvi eos olim fuiſſe receptos docuerunt. In qvibus ſeqventes. *Svidas* in voce ἥλιος. Nonnulli, ait, periodos lunæ pro annis habebant. *Iſidorus* Originum libro 5. c. 36. Lunaris, inqvit, annus eſt triginta dierum. *Diodorus Siculus* libro 1. Qvidam dicunt, antiqvos nondum ſolis cognito motu, annum juxta lunæ periodum duxiſſe. *Macrobius* in Somnium Scipionis, lib. 2. cap. 11. Annus, inqvit, non is ſolus eſt, qvem nunc communis omnium uſus appellat, ſed ſingulorum ſeu luminum ſeu ſtellarum, emenſo omni cæli circuitu, a certo loco in eundem locum reditus, annus --- eſt. Sic menſis lunæ annus eſt. Et poſt qvædam. Annus lunæ menſis eſt, & annus ſolis duodecim luſtrat menſes. Ita Macrobius. *Plinius* Hiſtoriæ libro 7. capite 48. Qvidam, ait, annum lunæ ſenio (determinabant) ut Ægyptii. Itaq; apud eos aliqvi & ſingula millia annorum vixiſſe produntur. *Plutarchus* in Numa. Ægyptiis, inqvit, menſtruus (μηνιαῖος) erat annus. Unde fit ut incredibilem annorum multitudinem, in genealogiis memorent, qvippe qvi menſes in annorum numero ponunt. *Lactantius* libro 2. cap. 12. Varro ait, apud Ægyptios pro annis menſes haberi, ut non ſolis per XII ſigna circuitus, faciat annum, ſed luna, qvæ orbem illum ſigniferum XXX. dierum ſpatio illuſtrat.

Hactenus Lactantius. *Proclus* in Timæum Platoni
pag. 33. Verum, inqvit, qvoq; eſt, qvod dicit Eudox
us, Ægyptios menſem vocaſſe annum. Ita ano-
nymus probat, veteribus uſitatos fuiſſe menſtruo
annos, additq; eosdem qvoq; a recentioribus mul
tis agnitos eſſe, nominatim *ab Alexandro* in Diebu
genialibus, libri tertii cap. 24. *Ludovico Vive* in Au
guſtinum de civitate Dei, libro 12. cap. 10. *Lin*
denbrogio, in Notis ad Cenſorinum de die natali, aliis
isqve.

14. Hactenus ipſamet hæc nova auctoris anony
mi, de mille annis apocalypticis ſententia, un
cum ejus explicatione, nec non eorum qvæ ad ip
ſam pertinent probationibus. Qvia vero objectio
bus qvoq; nonnullis oppugnari tota poteſt, idcirc
eas objectiones, idem anonymus ita & recenſet &
reſolvit. *Prima eſt.* Qvia ſatanas Apoc. 20. v. 3.
poſt mille annos parvo tempore, dicitur fore ſolu
tus, utiq; parvum illud tempus minus eſſe, qvam
ſunt illi mille anni apocalytici. At interpretand
illos mille annos, de mille annis menſtruis, ſive d
octoginta circiter annis Julianis vulgaribusq;, par
vum illud tempus, non evadere minus illis mill
annis, ſed majus: qvandoqvidem inde ab initi
usq; hujus ſæculi decimiſeptimi, qvo millenarium
regnum, per hanc novam explicationem ponitu
finitum, & ſatanas eſſe ſolutus, præterfluxerun
anni Juliani, pluſqvam nonaginta, ſiqvidem annu
ſæculi jam numeramus 1697. & tamen ſatanas a

hu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

huc ſolutus eſt, & adhuc Romana ecleſia, ad defectionem à veritate Proteſtantes ſolicicitat. *Hactenus objectio prima.* Ad qvam ita reſpondet: fundamentum ejus, nempe ſatanæ ſoluti tempus, mille annis apocalypticis minus & brevius eſſe, falſum exiſtere, & in Apocalypſi non haberi. Apocalypſis enim, inqvit, non definit, an ſoluti ſatanæ parvum tempus, illis mille annis ſive minus & brevius, ſive majus & longius exiſtat: tantum ſimpliciter dicit, fore parvum. Id qvod de utroqve horum caſuum, verum eſſe poteſt. Neq; aliud ex eo ſeqvi, ait, qvod ſoluti ſatanæ ſpatium, ſimul memorando præcedentes mille annos, parvum dicatur. Nam *primo*, inqvit mille anni, ſunt qvoq; parvum tempus. Ideoq; mille etiam vulgares anni, Pſalmo 90, coram Deo dicuntur eſſe, ut dies præteritus, & ut vigilia nocturna. Maximè autem mille anni menſtrui, parvum ſunt tempus, qvippe non longiores, qvam ordinarium vitæ humanæ ſpatium, octoginta præter propter, juxta Moſen Pſalmo 90, exiſtens annorum; humanæ autem vitæ ſpatium eſſe breve, alias qvoq; dicit Scriptura, nominatim verbis Jobi 14, hominem muliere natum, brevi vivere tempore.

15. *Deinde*, inqvit, alia qvoq; occurrunt exempla, ubi pluribus temporibus memoratis, & uno eorundem dicto eſſe brevi vel parvo, non tamen ſignificatur, reliqvô id minus, brevius & arctius eſſe. Sic (pergit) Apoc. 12 memoratur tempus, qvô draco in cœlo exiſtens, ſive per ethniciſmum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Romanos occupans Imperatores, pugnat cum Mi
chaele. id eſt Chriſtianos perſeqvitur; & mox ſub
jungitur aliud poſterius tempus, qvo draco depul
ſus cælo, id eſt imperatoria dignitate dejectus ſata
nas, in terris & mari, adverſꝰ veritatem ſævit; id eſt
tempus, qvo poſt perſecutionem Chriſtianorum pri
mævam, & per ethnicos Imperatores factam, ſata
nas ſua per organa, uſq; ad finem ſive mundi ſive
antichriſti, divinam oppugnat veritatem: id
tempus poſterius dicitur fore parvum, nempe h
verſus 12. verbis. Væ habitantibus in terra &
mari, qvia diabolus ad eos deſcendit, ſciens pa
vum ſibi eſſe tempus. Et tamen certum eſt, po
ſterius idem ſatanæ tempus, poſt ethniciſmum a
imperatoria ſede depulſum, graſſantis, veritatem
oppugnantis, non brevius eſſe tempore, qvo p
ethniciſmum Imperatorum, Chriſtianos perſeqv
batur. Nam perſeqvutio Chriſtianorum, ethnico
per Imperatores, ultra tria non duravit ſæcula
cum reliqva graſſatio ſatanæ, poſt finitam illam pe
ſecutionem, multo longior, & jam plus tredeci
duraverit ſæculis. *Præterea* monſtrat, in vulgari qv
qve ſermone, ſimiliter tempora commemorari br
via, ut tamen ideo non intelligenda ſint brevio
iis, cum qvibus ſimul commemorantur. Sic ai
qvi, exempli gratia, Gandavi commoratus eſt tri
duo, & Bruxellis qvatriduo, verè dicere poteſ
Gandavi eram triduo & Bruxellis etiam parvo tem
pore, & tamen non ideo dicit, ſe breviori vel m

noion

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

nore tempore, Bruxellis qvam Gandavi fuiſſe, Similiter, inqvit, ſi de malefico capitis damnato, qvi poſt condemnationis ſententiam, ſex diebus usq; ad ſuppliciũ, vixit ſolutus vinculis, dixero, ipſum ſex diebus fuiſſe in vinculis, & poſt illos ſex dies, parvo temporis ſpatio, vinculis ſolutum, usqve ad mortem vixiſſe, verum dico, & tamen non ideo, inqvit dico, breviore tempore ipſum ſine vinculis, qvam in vinculis fuiſſe.

16. Altera & reliqva objectio hæcce eſt, *anni* vocem, alibi in Apocalypſi, nempe verbis capitis 9. v. 15. de paratis ad horam, diem, menſem, annum angelis, non accipi de anno menſtruo, ſed ille anno multo longiore qvàm menſtruo: ideoq; nec in mille annis apocalypticis, eam vocem menſtruum notare annum. Ad qvam objectionem reſpondet, *primò* voces in Scripturis ſacris, maxime in propheticis & ænigmaticis ſcriptis, qvalis Apocalypſis eſt, ſæpe variare ſignificationes, nec ſemper, eodem accipi modo. *Deinde* non eandem vocẽ anni Græcã, citato loco Apoc. 9. reperiri, qvæ reperitur in mentione annorum mille Ap. 20. Priore loco uſurpari vocem ἐνιαυτȣ̃, qvæ, proprie ſumta, non niſi longiorem notat annum. Ideo Euſtathium in Iliados beta, pag. 191. notare ἐνιαυτὸς eſſe à ἰαύω moram facio, & ſignificate tempus non breve ſed longum: & in Odyſſeam pag. 1384. ſimilia repetendo addere, Comicum ideo dicere, τῶν χρονίȣς ἐνιαυτȣ̀ς, id eſt ἐτῶν longos ἐνιαυτȣ̀ς.

Poſteriore autem Apocalypſeos locô, qvô de mille
agitur annis, nempe cap. 20· longe aliam anni v
ſurpari vocem Græcam, nempe ἔτος, illamqve
eo capite ſexies, ſuper eodem negotio uſurpari,
& nullam aliam. Vocem autem ἔτος, etiam ſi
interdum confundatur cum ἐνιαυτὸς, accurate
tamen & proprie uſurpatam, notare qvemlibet
annum, ſive brevem ſive longum, habereqve ſe ad
ἐνιαυτὸς, ut genus ad ſpeciem: ideoq; etiam de bre-
vi & menſtruo anno, generaliter indicando uſurpa-
ri: veluti ab Ægyptiis ſacerdotibus apud Diodo-
rum Siculum, libro primo dicentibus, usq; ad Alex-
andri in Aſiam tranſitum, tempus fuiſſe ἐτῶν δισ-
μυρίων καὶ τριχιλίων, viginti & trium millium
ἐτῶν ſive annorum. item antiqviſſimos Deorum
regnaſſe πλείω τῶν χιλίων καὶ διακοσίων ἐτῶν,
plusqvam mille & ducenta ἔτη ſive annos. qvo-
rum utrumq; anonymus, de annis menſtruis
intelligendum, idqve nonnullos qvoq; apud Dio-
dorum agnoſcere, Sic & Plutarchum in Numa
poſtqvam dixerat, a veteribus ad genealogias, in-
credibilem τῶν ἐτῶν referri numerum, addere
ideo fieri, qvod menſes qvoq; in ἐτῶν ſive anno-
rum numero ponant, Qvæ apere, ait, docen
vocem ἔτος tam laxam eſſe, ut brevem qvoqve &
menſtruum poſſit denotare annum, cum ἐνιαυτὸς
non niſi longiorem, ut dictum eſt, deſignet. Ita

an[illegible]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

anonymus, objectiones contra novam hancce, de annis mille apocalypticis ſententiam, ſolvit refellitq;, nihilq; impedire dicit, qvo minus admitti tutò poſſit. Se tamen cum nemine ſuper eo litigare & altercari velle, ideoq; nulli eam obtrudere, aliisq; doctioribus judicandam committere libenter. Tantum—.

ADDENDA.

I.

Schediaſmatis 7, numero 23. dictum eſt, tubicinium primum, non incepiſſe ante miniſterii Chriſti initium: idq; ibidem eſt probatum: atq; deinceps objectio præcipua contraria, eſt propoſita, ſolutaq;. Sed omiſſa alia qvædam notabilis objectio, qvam heic proponere & ſolvere, viſum eſt fore conveniens. Objectio hæcce eſt. *Tubicinium primum incepit, qvamprimum Chriſtus factus eſt ſacerdos: quandoqvidem in tubiciniorum exordio, proponitur, ut thuribulum manu tenens: Sed ab ipſa conceptione & nativitate, Chriſtus factus eſt ſacerdos.* Ergo *ab ipſa Chriſti conceptione & nativitate, tubicinium primum incepit, & propterea diu ante miniſterium Chriſti.* Hæc eſt objectio. Solutio autem hæcce eſt. Major objectionis eatenus tantum vera eſt, qvod tubicinium primum inceperit, cum Chriſtus factus eſt ſacerdos ſtricte & preſſe ſic dictus. Id enim in tubiciniorum exordio reſpicitur, cum ibi Chriſtus thu-

ribulum manu tenens exhibetur. Qvippe hoc in Veteri Teſt. in die expiationis, a ſummo ſacerdote, in potiſſimo actu placandi Deum conſtituto, & intra velum intraturo fiebat. Sic autem verâ reddita majore, falſa evadit minor. Neutiqvam enim verum eſt, Chriſtum ab ipſa conceptione & nativitate, factum eſſe ſtricte & preſſe dictum ſacerdotem, vel in ſtricte & preſſe dicto officio ſacerdotali eſſe conſtitutum Nam ſacerdotium Chriſti, ſtricte & preſſe dictum, ipſius qvoq; complectitur doctrinam, eamq; publicam. Ea autem non a conceptione & nativitate, ſed duntaxat a miniſterio ejus incepit. Qvod autem Chriſti ſtricte & preſſe dictum ſacerdotale officium, doctrinam qvoq; ipſius eamq; publicam, ut dictum eſt, complectatur, ſic oſtenditur. *Primo* ſacerdotis cujuslibet, ſtricte & preſſe dicti, officium eſt docere. Ideo Malachias cap. 2. v. 7. Labia, inqvit ſacerdotis cuſtodient ſcientiam & legem reqvirent ex ore ejus. Et Moſes Levit. 10. v. 11. ad ſumum ſacerdotem Aaronem, eiq; ſucceſſuros in principe pontificatu filios dicit. Docebitis filios Iſraelis omnia inſtituta, qvæ dixit Deus, Ad Hebræos qvoq; capitis 5. verſu 1. dicitur, omnis princeps ſacerdos ex hominibus aſſumtus, pro hominibus, in iis qvæ ad Deum pertinent conſtituitur. In iis autem, qvæ ad Deum ita pertinebant, erat qvoq; verbum Dei docere. Ideoq; etiam verſu 2, ibidem ſacerdos talis, dicitur conſtitutus qvi po-

teſt

teſt ignorantibus & errantibus μετριοπαθεῖν, id eſt condeſcendere & condolere illis, qvippe qvod docendo qvoq; fiebat: qvandoqvidem Dei verbum & doctrina ignorantiæ & erroribus medetur. Plura de ſacerdotum & particulatim ſummi ſacerdotis munere docendi Deut. 17. v. 8. 9. & 12. cap. 19. v. 17. cap. 31. v. 9. 10. & 12. cap. 33. v. 10., necnon 2. Chron. 19. v. 9. 10. & 11. Conſtat ergo, ſacerdotis cujuslibet ſtricte & preſſe dicti, officium eſſe ut doceat qvoq;. Ideo etiam *Gerhardus* in exegeſi, loco de perſona Chriſti, num. 321. *Sacerdotis* inqvit, *eſt, non ſolum ſacrificare, orare, intercedere & benedicere, ſed etiam docere.* Qvo & vergit *Brochmannus* in Syſtemate, ubi de officio Chriſti ſacerdotali, capitis qvinti ſectione 1. probationis loco adducens qvoq; citata ex Mal. 2. v. 7. verba.

2. Deinde Chriſti ſtricte & preſſe dictum ſacerdotium, doctrinā qvoq; & inſtitutionem complecti, particulatim inde colligi poteſt: qvod ceu eſt Pſalmo 110. & Heb. 6. v. 20. Chriſtus factus ſit ſacerdos, ſecundum ordinem Melchiſedechi. Melchiſedechus enim, ut ſacerdos docebat qvoq;, ceu ex Geneſ. 14. v. 19. & 20. liqvet. Ideoq; etiam tum ibidem, tum Heb. 7. v. 6. & 7. dicitur qvoq; benedixiſſe Abrahæ. Præterea idem inde colligi poteſt, qvod Chriſtus Heb. 5. v. 9., oſtendatur eſſe ſacerdos, qvi conſtitutus eſt, obedientibus ipſi cauſa ſalutis. Nam ſi eſt ſacerdos, qvi obedientibus ipſi eſt cauſa

ſalutis, omnino eſt ſacerdos docens, præceptaq; qvibus eſt obediendum proponens. Tandem idem ipſum, inde qvoq; liqvet, qvod ut eſt Heb. 8. v. 6. ſit ille ſacerdos, qvi eſt Novi Teſtamenti mediator, adeoq; adminiſter, ſicut & Heb. 8. v. 2. ſanctorum dicitur adminiſter. Nam Novum Teſt. fædusq;, non modo Dei placationem, ſed doctrinam qvoq; & inſtitutionem complectitur: veluti ex verbis Heb. 8. v. 10. 11. & 12. atq; cap. 10. v. 16. & 17. liqvet: ubi & legem Dei in cor indere, & peccata tollere, Novi Teſt. functiones eſſe oſtenduntur. Conſtat itaq;, Chriſti ſacerdotium, ſtricte & preſſe ſic dictum, inſtitutionem & doctrinam, ceu dictum eſt, omnino complecti. Ideo etiam *Brochmannus* in Syſtemate, ubi de officio Chriſti cap. 2. qvæſt. 4. Chriſtum hoc etiam nomine, qvod *fœderis divini ſit interpres*, ait *eſſe mediatorem*: & loco antea citato, nempe capitis 5. ſectione 1. qvod Malachias cap. 2. ait, labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem reqvirent ex ore ejus, ad idem Chriſti ſacerdotale revocat munus. *Gerhardus* etiam, Exegeſeos locô citatô, doctrinam Chriſti, clare qvoq; ad Chriſti ſacerdotale confert munus. Atq; propheticum Chriſti officium, qvod eandem conſtat complecti doctrinam, ea qvoq; de cauſa, ad ſacerdotale idem refert officium, tanqvam ejusdem ſacerdotalis officii partem. Ait enim: *Officium Chriſti vulgo triplex ſtatuitur, propheticum, ſacerdotale & regium: qvod tamen revocari poteſt ad duo membra: ita ut duplex*

Chri-

Chriſti ſtatuatur officium, ſacerdotale & regium. Sic ille ibi. Et qvod ſic dicit, deinde illinc probat, qvod ſacerdotis ſit non modo ſacrificare, orare, intercedere &c. ſed etiam docere. Henricus qvoq; *Hofnerus*, in Locis Theologicis, ubi de officio Chriſti agitur, numero 9, multos ex orthodoxis tantum duplex Chriſti facere officium, propheticumqve ſub ſacerdotali comprehendere itidem ait. Id qvod haud dubie eodem vergit. Atq; hæc hactenus.

Corollarium ex Daniele.

I. Deus Mauſim, qvem antichriſtus Dan. XI. dicitur eſſe honoraturus, culturusq;, eſt illud in qvo robur Papatus potiſſimum conſiſtit. מעוז enim robur, potentiam & vires notat. Illud autem robur, non eſt, ut vulgo putatur, Miſſa, ſed eſt ipſa Paparum poteſtas & auctoritas, qvâ ſe efferunt ſuper omnia. Ea enim tanti eſt pontificiis, ut eam arcem ſuæ Papalis conſtituant eccleſiæ. Ideoq; *Bellaminus*, præfatione in libros de ſummo pontifice, primatum pontificis, dicit *ſummam eſſe rei Chriſtianæ*: & qvando de eo qværitur primatu, id qværi, *debeatne eccleſia diutius conſiſtere, an vero diſſolvi & concidere.* In plurali numero Mauſim, hæc auctoritas atq; poteſtas dicitur: qvia varia & multiplex eſt, eccleſiaſtica & civilis, & tam eccleſiaſtica qvam civilis rurſus multiplex: ſiqvidem Papæ omnium rerum ſibi arrogant arbitrium poteſtatemq; : veluti ex Taxa

Can-

Cancellariæ apoſtolicæ, Corpore juris canonici & ejus libris Decretalium, aliisq; ſimilibus ſcriptis liqvet & negotiis: *Deus* eadem Papalis poteſtas dicitur: qvia eſt Paparum qvaſi idolum, & cui omnia deferunt. *Deus patribus ſuis ignotus* dicitur: ſiqvidem ante erectam monarchiam Papalem, ea Paparum ſive epiſcoporum Romanorum, poteſtas & auctoritas, eccleſiæ incognita erat. *Deniq;*, deum vel idolum hocce, *auro, argento, lapide pretioſo & delitiis*, vel rebus delectabilibus, antichriſtus *dicitur honoraturus*: ſiqvidem eam ſuam poteſtatem auctoritatemq; Papæ, honeſtant adornantq;, primo qvidem dictis S. Scripturæ, qvæ ſunt tanqvam aurum: deinde dictis patrum, qvæ ſunt tanqvam argentum: tertio exemplis ſanctorum, ut Bernhardi & aliorum, qvi variis factis honoravere Papam, & ſunt tanqvam lapides pretioſi: & deniq; reliqviis atqve miraculis, qvæ ſunt tanqvam Romanæ eccleſiæ delitiæ.

2. Rex auſtri Dan. XI. v. 40. eſt idem qvod, Ezech. 38. v. 2. Thubal, in verbis, qvibus Gog dicitur eſſe ſummus princeps Meſech & Thubal. Rex autem ſeptentrionis eodem loco, eſt idem qvod Meſech in prædicto Danielis locô. Eademq; ſpectant Lubim & Cuſchim, qvi eodem Danielis XI. capite verſu 43. ut antichriſti vel regis facientis qvod vult, aſſeclæ repræſentantur. Et Lubim pertinent ad regem auſtri, Cuſchim autem ad regem ſeptentrionis. Negotium qvoq; bellicum, qvod verſu 40. & ſeqventibus oſten-

oſtenditur regi auſtri & ſeptentrionis, fore cum antichriſto, magis eſt pro antichriſti poteſtate primatu & dignitate conſervanda, qvam contra illam: & ſi translationes qvædam, alio ſpectantia dicunt ponuntq;, ideo factum eſt, qvod earum auctores, verba fontis Hebræi ad ſuas accommodaverint opiniones. Idemq; bellicum negotium, cum memorato Apoc. 19. v. 11. & ſeqventibus, antichriſtianæ cohortis ultimo, adverſus Chriſtum & ejus eccleſiam coincidit bello: ſeu qvod idem eſt, cum negotio & tempore ſoluti draconis Apoc. 20. verſu 7. nec non ſolutorum qvatuor angelorum Apoc. 9. verſu decimoqvarto.

Tantum.

Carmen qvoddam amici, ad ſcripti hujusce auctorem.

Venerando & Celeberrimo hujusce ſcripti auctori, Sacroſanctam Divi Johannis illuſtranti Apocalypſin.

Fata novi pacti, monſtrata Goelis ocello,
Vultus ut Amramidæ, tecta fuere diu.
In varias doctorum abiit ſententia, partes,
Cera liber viſus, ſed fuit usq; ſera.
Sic aqvila illa Dei, volat abdita nubibus: illas
Sed nubes, acies permeat ecce tua.

Clau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Clauſa bis octonis, ænigmata maxima ſæclis,
Euge! tui calami lux cita, nunc reſerat.
Limitibus certis ſtant tempora: vatis amuſſi,
Jam rerum exacte congruit hiſtoria.
Et de qveis qvondam titubavit turba ſophorum:
Ipſis jam pueris, nunc qvoq; certa manent.
In ſervis, Chriſtus radiat, pulſæq; tenebræ
Et fulgens lumen ſpargitur usq; poli.
Hofmanno laus hîc celeber qvam contulit Heunis;
Eſt frater potius debita vera tibi.
Servavit decus hoc, cœli tibi Spiritus almus,
Qvi totus nobis, es nihil ipſe tibi.
O dilecte Deo, cæli pars rara ſenatus,
Nox qvod erat te fit, nunc face clara dies:
Aſſurget pius & ſapiens tibi gratibus orbis,
Sidera dum cœlum, dum gerit æqvor aqvas:
Vive Dei lychne, & late fer lumina Chriſti,
Defuncto ſemper ſol tibi Chriſtus erit.

Ita amantisſime acclamavit

SAMUEL J. ILDIUS.
Paſtor in U.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

INDEX primus qvi eſt Schediaſmatum.

Liber primus.

Schediaſma I. De Hofmanni Machæropæi Apocalypticis meditationibus, aliisq; recentiorum in Apocalypſin ſcriptis.

Sched. II. De Apocalypſeos ſcopo, methodo, partitione & interpretatione. Accedit Auctarium de duobus teſtibus.

Sched. III. Præcipuorum qvorundam, in Apocalypſeos ſive imaginibus, ſive extra illas, verborum abſtruſiores ſignificationes.

Sched. IV. De apocalyptico throno, & præcipuis ad ipſum ſpectantibus.

Sched. V. De ſeptem Dei Spiritibus.

Sched. VI. De Apocalypſeos qvatuor animalibus, necnon 24 presbyteris.

Liber ſecundus.

Schediaſma VII. In qvo acceditur ad probandum in Apocalypſi, revera dari ſeptem periodos Chriſtianas, & particulatim monſtratur, eas in ſeptem reperiri tubiciniis, contrariaq; argumenta qvædam ſolvuntur.

Sched. VIII. In ſeptem ſigillis eſſe itidem 7 periodos Chriſtianas, easq; eſſe easdem, atq; ſeptem tubiciniorum periodos: contrariaq; argumenta qvædam ſolvuntur.

Sched. IX. In ſeptem apocalypticis epiſtolis, itidem eſſe ſeptem periodos Chriſtianas, & eas easdem eſſe atq; ſigillorum & tubiciniorum periodos: contrariaq; argumenta qvædam ſolvuntur.

Sched. X. Apocalypſeos periodos Chriſtianas, eſſe exacte ſeptem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſeptem, non plures nec pauciores. Tum & generalia diſſentientium contra periodos Chriſtianas argumenta, ſolvuntur.

Liber tertius.

Sched XI. De Chriſtianarum in Apocalpſi periodorum, quantitate, & unamqvamq; excepta ultima, eſſe annorum 294.

Sched XII Incerti auctoris nova, de mille annis apocalypticis ſententia.

INDEX ſecundus, qvi eſt alphabeticus, & repræſentat ea, qvæ in hoc Schediasmatum continentur opuſculo, præterqvam in ejus Schediasmate tertio: qvod cum juxta literas alphabethi ſit digeſtum, ipſummet indicis fungitur officio.

A.

Adorare meram creaturam non licet. 85

Ænigmata apocalypſeos. 17. 29

Ætas mundi poſt Chriſtum non eſt plusqvam circiter bis mille anni, 291

Ætas mundi poſt Chriſtum non eſt plusqvam triens de tota ætate mundi. 289

Ætas mundi ante Chriſtum non eſt plusqvam 4200 anni. 292

—neq; eſt minus qvam 3800 anni 289

Ætas tota mundi eſt circiter ſex mille annorum. 288.

Agnus, id eſt humana Chriſti natura. 76

Ala de voce & verbis. 111. 112

Ἀλλὰ idem valens qvod &. 129

Altare de clero. 174. 48

Altare de clero. 174. 48
Ambulatio Chriſti in medio lychniarum. 198
Animalia quatuor. 53. 99. 108 236
Angeli in apocalypticis epiſtolis qvid. 31
Angelorum qvatuor ſolutio. 298
Animæ interfectorũ qvid. 295
Anni ſeptem ædificati Salamonæi templi. 225
Annis 294. *conſtat quælibet ſex priorum Chriſtianarum periodorum.* 285
Anni menſtrui, veteribus quoq; uſitati. 305
Anno circiter 1600, *res Proteſtantium, retro cæperunt ire, & ſatanas denuo eſt ſolutus.* 296
Anni mille menſtrui, valent octoginta circiter annos vulgares. 294. 304
Apocalypſeos partes. 35. 36
— *ejus obſcuritas.* 18. 36. 37
— *Apocalypſis aliqvando tamen intelligenda.* 37
— *ejus interpretatio ex eventu ſumenda.* 37
— *& ex eccleſiaſtica hiſtoria.* 37. 38
— *qvamvis prophetiam de ſuo tempore interpretari oportet.* 38
— *apocalypſis plerumq; a proprietate recedit.* 39 373
— *apocalypſeos interpres, impropriam & figuratam interpretationem, prius tentabit, qvam propriam ſimplicemq;.* 40
— *generalia non interpretabitur de mere ſpecialibus, nec ſpecialia, de mere generalibus.* 40
— *Apocalypſis non agit de mere politicis.* 13. 41
— *neq; de communibus veteri & Novo Teſt. eventibus.* 41. 15
— *agit de eccleſiis Chriſtianis omnibus.* 13. 14
— *agit præcipue de Romani imperii eccleſiis Chriſtianis.* 14
— *earumq; fatis non omnibus, ſed præcipuis.* 15. 16

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

— apocalypſeos methodus ænigmatica 16
— in ea freqventiora ſunt tropica & figurata, qvam ſimplicia. 18. 21. 39
— apocalypſis diu non intellecta 36. 37
— ſenſus ejus, præcipuis ejus interpretibus, majori ex parte ignoratus. 2. 3
— apocalypſeos ſcopus & inſtitutum. 12
— acceptiones verborum inuſitatæ. 20
— allegoriæ. 21
— hypallagæ. 21
— ordo accuratus. 25
— hendiadyoin. 21
— apocalypſis in poſterioribus ſæpe clarior qvam, in prioribus. 28
Arbores & viride gramen. 258
Aſſumentis eſt dare. 70

B.

Babylon apocalyptica, Romana non urbs eſt, ſed eccleſia, vel clerus. 9
Boves 12. ænei qvid notarunt. 224
Boſſuetti interpretatio apocalypſis. 11

C.

Calumniæ in primos Chriſtianos. 259. 260
Cherubim duo in arca, qvid notarunt. 224
Chriſtianorum ſub finē primæ periodi tepor. 328
Chriſtianorum in prima periodo perſecutio. 258
Clamor injuſte necatorum. 174.
Cælum de Rom. imperii dignitate. 20
Columnæ ſeptem domus divinæ. 225
Communes promiſſiones & minæ, de ſpecialibus dictæ eventibus. 205
Conjecturæ, argumenta & probationes non miniſtrant. 167
Conſtantinus M., anno æræ Chriſt. 324. monarcha factus.
Cornu de potentia. 77
Coram aliqva re, id etiam eſſe dicitur, qvod ipſâ minus non exiſtit. 89

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

D.

Diſſenſus,non eſt certum falſi ſignum. 226. 227
Divitiæ clericis noxiæ. 208
Draconis & Michaelis pugna quid. 266

E.

Eccleſiæ epiſtolarum apocalypticarum,ſunt etiam omnes eccleſiæ. 183. 185. 190
— ſunt apocalypſeos ſubjectum. 189
— ſunt typicæ. 6. 32. 21. 194
— ſunt figura ſeptem generalium eccleſiarum. 194
Eccleſiarum in Novo Teſt. ſeptem comparatio. 206
Epiſtolæ apocalypticæ ſunt propheticæ. 5
— notant ſeptem periodos. 195
— duplicem habent ſenſum. 5. 6. 10. 11
— non agunt de ſolis ſeptem Aſiaticis eccleſiis. 10. 11. 183
— in iis pleraq; proprie dicta. 18
— earum methodus. 31. 32
— earum periodi,quando incipiunt & deſinunt. 199
— ſunt eædem atq; ſigillorum & tubiciniorum periodi. 200
— argumenta contra earum periodos,ſolvuntur. 202
Epiſtolæ,ſigilla & tubicinia, ſunt in prædicendo ſocii. 210
Equus de tempore. 159
Eremus,de raritate bonorum & charismatum. 44
Ἔτος & Ἐνιαυτὸς,ut differunt.
Evangeliū prædicare, Chriſtus primo miniſterii anno incepit. 249

F.

Ferrea virga maſculo data. 274
Ferdinandus dux Auſtriæ. 297
Fulgur id eſt illuminatio per evangelium. 78

G.

Galilææ civis erat Chriſt: 254

Gogi & Magogi hiſtoria, tam in Veteri, qvam in Novo Teſt. cur tradita. 27
Gogus & Magogus, Rom. eccleſia. 299
Gogus Romana eccleſia clerica. 303
Gogus Ezechielis & Apocalypſeos idem. 300
Grando tubicinii primi qvid 257. ſeqq.
Grando ipſo actu infeſtat. 258

H.

Haberi ea quoq; dicuntur, qvæ non tamen ſunt ſimul. 216
Heideggeri Babylon magna laudatur. 9
Heuniſchii ſcripta apocalyptica, qvanti ſint pretii. 7
Hendiadyoin 21
Hofmannus qvisnam. 1
— ejus apocalyptica ſcripta 1. 2
— ante ipſum eſt parum in Apocalypſi intellectum. 2
— ejus præcipui in apocalypſi interpretanda errores. 3. 4
— periodos Chriſtianas juſto fecit majores. 4
— qvinam ipſum in apocalypſi interpretanda ſint ſecuti. 7. 8
— ejus laus & vituperia. 88
Hypallagæ apocalypſeos. 21
Hypocriſis eccleſiæ Sardenſis. 210

J.

Jaſpis cryſtallo ſimilis. 73. 74
Jeſvitæ qvanta peſtis. 134
Ignis de ſpritu S. 97
Ignis de verbo Dei. 140. 151
Ignis de maledicentia. 259
Igne antichriſti cohors Conſumetur. 44
Iidem eventus diverſis repræſentati imaginibus. 23
Illuminatio hominum per verbum Dei. 79
Imago beſtiæ qvid. 295
Incrementum vitiorum, in apocalypticis epiſtolis. 210
Imperium ethnicum, a Juliano non eſt reſtauratum. 281
Ingredi in templum. 43

Johannis baptiſtæ traditio qvid 253. 254
Johanni apocalypſeos ſcriptori, ea qvoq; tribuuntur, qvæ de ejus prophetia & eam legentibus, ſunt intelligenda. 22
Iris ſignum gratiæ. 74. 75
— ſymbolum pluviæ ſpiritualis. 44 75
Juliani apoſtatæ perſecutio & imperium. 277 ſeqq.
Jurii ſcriptum de complemento prophetiarum. 9
— Phialas intelligendi viam primus docuit utcunque. 9

L.

Lamii Harmonia 256
Liber intus & foris ſcriptus. 17
Libri aperti devoratio: 22
Libri plures, poſt Reformationem ſcripti, qvam qvindecim antea ſæculis. 171
Licinius. 275. 276
Locuſtæ apocalypticæ qvid 5
Lucernæ tabernaculi Moſaici, qvid notent. 242
— ſola nocte ardebant. 243

M.

Magogus qvid. 303
Mare vitreum. 79
Mare de ſcriptura ſacra. 80
Mare æneum 80 81
Markius Hofmannum oppugnans. 8
— Jurium oppugnans. 9
Maſcula ſoboles, mulieris ſole veſtitæ, qvid. 273
— qvando nata. 272
Mauſim Dan. XI. qvid. 315
Mendicantes monachi, qvanta fuerint peſtis 134
Medium apocalypſeos cælum qvid. 57. 157
Meſech & Thubal Ezech. 38 qvid. 304. 316
Michaelis & draconis pugna qvid 266. 271. 272
— qvando incepit. 266. 267
— qvændo finita eſt. 271. 272
Millennium apocalypticum. 286
— qvando incepit. 284
— qvando deſiit 284. 296
— eſt ante finem regni Papalis. 287

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

---- ejus anni non ſunt vulgares. 286 294
---- ejus anni ſunt menſtrui 294
---- Reviſcentes in eo. 295
Mittitur qvoq; Dei filius, nec non ſpiritus ſanctus 91
Mulieris ſole veſtitæ partuitio & partus. 264
Mulieres ſeptem unum prehendentes virum. 225
De Mundo ſex mille annis duraturo vaticinium. 288
Myſterium qvid. 183

N.

Numeri apocalyptici proprie plerumq; ſumuntur. 19
Numerus myſticus, eſt tamen vere numerus. 233

O.

Oculi id eſt ſapientia. 77. 109. 110

P.

Paupertas in divitiis. 208
Partitio apocalypſeos. 34. 35
Paſſiones Chriſti graviores, primo miniſterii Chriſti anno incipiunt. 154
Patriarchatus qvot. 197
Pax ante judicium extremum. 162. 163. 212
Pax & gratia ſpiritualis à ſolo Deo optanda. 86. 87
— à nulla creatura, de ſe conferri poteſt. 87
Perſecutio primitivæ eccleſiæ, primo anno miniſterii Chriſti, ſua habuit initia. 261
--- qvando finita. 270
--- ejus crudelitas. 259
Periodi Chriſtianæ qvid & ubi habentur. 29
--- qvando incipiunt. 246.
--- qvaudo deſinunt. 200. 178
--- quomodo repreſentent futura. 30
--- ſunt æqvales. 242
--- probantur. 117 & ſeqq.
--- vere ſeptem eſſe oſtenduntur. 220. & ſeqq.
--- earum characteres. 282
--- periodorum Chriſtianarum typi. 223. & ſeqq.
--- contra periodos Chriſtianas argumenta, refutantur. 226
Periodorum Chriſtianarum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

ſex priorum qvælibet 294 annorum. 285
Periodorum notitia qvam neceſſaria. 39
Periodi antichriſtianæ & earum ſedes. 33
---in nulla fere cum Chriſtianis periodis, concordant circumſtantia. 34
--- majores. 34
--- minores. 34
Periodus prima Chriſtiana non fuit 300 annorum. 277. 283
--- Fuit 294. annorum. 282. 284
--- fuit ſimilis qvintæ. 170
--- incipit primo anno miniſterii Chriſti, nempe anno æræ Chriſti. 30. 246. ſeqq.
--- deſinit anno 324. 269
Perſecutio primitivæ eccleſiæ qvam crudelis fuerit. 259. 260
--- qvando incepit. 261
--- qvando finita eſt. 270
Placatio Dei per Chriſtum, qvando eſt præcipue facta. 152
Plenitudo deitatis, inhabitans Chriſtum qvid. 147
Pluere, de abundantia ſpiritualium charismatum. 44
Plurale pro ſingulari. 163
Præterita & præſentia, qvænam ſimul tradat apocalypſis. 142. 202. 203
Presbyteri 24 qvid. 100. ſeqq.
A proprietate in Apocalypſi plerumq; recedendum. 173
Puer maſculus ex muliere ſole veſtita natus. 265

Q.

Qvatuor apocalypſeos animalia. 236. Vide, Animalia.
Qvi eſt qvi erat & qvi venturus eſt, hoc eſt Chriſtus: 22

R.

Res ſimul exiſtentes indicant qvoq; non ſimul exiſtentia. 215
Repetitio eorundem, ſed aliter atq; aliter, ſæpe fit in Apocalypſi. 23. 24. 25. 26

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Remittit ſæpe apocalypſis ad Veteris Teſt. prophetias. 27
Rex auſtri & ſeptentrionis Dann. XI. qvid. 316
Romanum imperium potiſſima in Novo Teſt. eccleſiæ ſedes. 14. 15

S.

Sandenhagii epiſtolæ & Introductio in Chriſti & apoſtolorum acta. 10
Fr. Sales. 297
Saccus obſcuritatis ſymbolum. 43
In ſacco prophetare qvid. 43
Sacerdotium Chriſti qvando incepit. 311 152
Sacerdotis ſtricte ſic dicti, eſt docere. 312
Sangvis crudelitatis nota. 260
Sardius, gemma rubra. 72. 73
Scripturæ S. puritas. 81
Septenarius univerſitatem notat. 186
Septenarius myſticus. 185
--- perfectionis numerus. 45
Septenarii apocalyptici plerią; periodorum ſunt Chriſtianorum 230
Septenarius perraro perfectionem, indefinite & ſine numero deſignat 230. & ſeqq.
Septem ſpiritus apocalyptici qvid 83. & ſeqq
Senarius alarum in qvatuor animalibus. 236
Senſus nonnullorum ſcripturæ dictorum duplex. 6. 7. 194
Senſus totus & plenus non niſi unus, ſemipleni autem ſunt interdum plures. 7
Senſus qvis plenior 41. 169
Σημαίνειν, id eſt figurate & perplexe proponere. 17
Sigillorum methodus. 32.
Sigillorum periodi 7. 158
Sigillorum, tubiciniorum & epiſtolarum periodi, ſunt eædem. 175. 200
--- eodem tempore incipiunt. 176. 199
Sigillorum methodus, cur in tri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

tribus poſterioribus ſigillis variatur. 170

ggilli primi arcus. 177. 248

-- eqves qvando exit. 177

ggillum primum qvando incepit. 248

ggillum ſeptimum cum fine mundi finitur. 179

- non comprehendit ſeptem tubicinia. 179

- ſilentium ſigilli ſeptimi. 138. 139. 160

entium de tranqvillitate 162

ium Dei. 273

aragdi amœnitas. 76

utio Satanæ. 296

utio 4 angelorum. 298

neri defenſio ſpei. 10

ritus S. dona Chriſto in baptiſmo qvoq; data. 139 140. 145

e Spiritu S lux nulla 97

re coram aliqvo qvid notet 42. 43

ſſimenta in tubiciniorum exordio qvid. 138. 144

T.

pli apocalyptici dimenſio qvid. 22

Tempus qvale intelligatur in juramento angeli Apoc. 10. 130

Tempus parvum. 306

Teſtes duo. 42

Thronus apocalypticus. 69. 70. 71

Thymiamata Chriſto data. 138. 143. 144

Torcular calcatum. 27

Totius nomen attributum parti. 103

Tropi & figuræ frequentes in apocalypſi. 39 18. 21

Tubicinia eſſe ſeptem tempora. 118. 125

--- eorum nulla ſunt intervalla. 122

--- cum initio eccleſiæ Chriſtianæ & primo miniſterii Chriſti anno incipiunt. 137. 141. 143. 149. 151. 156. 257

--- cum fine mundi finiuntur. 136

--- Markii contra tubiciniorum periodos refutantur argumenta. 125

Tubiciniis in V. Teſtamento in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

indicata qvoq; ſunt tempora. 125

Tubicinio in ſeptimo, an nullum inerit tempus. 126. ſeqq

Typi in Novo Teſt 6:

--- in Apocalypſi. 6. 21. 194

Typorum negotia poſſunt ſimul exiſtere, etiamſi antitypi non ſint ſimul. 215

Typica facere negotia iis id ſalutare, qvibus id eſt præceptum. 118

V.

Wandalinus de Chiliasmo laudatur. 10

Veteris T. verbis ſæpe utitur apocalypſis. 27

Verbi divini prædicatio, non eſt ſine Spiritu S. 62

Verba eadem varie accepta. 20

Veni & vide 115

Viſionum apocalypticarum non idem qui temporum ordo. 24 25

— non ſunt exacte ſeptem. 233. 234

Witſius de apocalypticarum epiſtolarum ſenſu notatur. 10

Voces de verbi divini prædicatione. 78

Volumens volans apud Zachariam. 45

Gra

Graviora typographi errata benevolus lector ſic emendare dignetur.

Pagina 30 lin. 11. lege, *ſigillum primum.*
Pag 32 lin. 18. lege, *juxta.*
Pag 57. lin. 11. pro 28. lege 31.
Pag. 58. lin. 15. lege *cap 2 v. 10.*
Pag. 61. lin, 4. pro cap. 8. v. 5. lege *cap 15 v. 2.*
Pag. 62. lin 7. pro *cap 2. v 15.* lege, *Phil 2. v: 15.*
Pag 63. num 4 lin. 13. lege, *numero* 10.
Pag 67 l. 8 pro cap. 9. lege, *cap 8.*
Pag 80 lin. penult. pro. 6. v. 23. lege. 7. v. 23.
Pag 82 lin 22. & 23. dele verba hæcce: *Apoc. 8. v. 5 in igne altaris*: & repone: *Apoc. 15. v. 2. cap. 13. v. 3. & Dan 7. v 9 & 10.*
Pag 95. lin. 5. pro, v. 24. lege, v. 14.
Pag 100. lin. 18 pro v. 16. lege v, 10.
Pag 134. lin 7. pro, *qvartum*, lege *qvintum.*
Pag. 136. lin. 13. pro, *deſiiſſe*, lege, *deſinere.*
Pag. 141. lin 17. lege, *num.* 14.
Pag 143. lin. 19 lege, *principium.*
Pag 150. l 7., poſt vocem *ſeqventibus*: adde: *& ſched. 11. num 21. & ſeqventibus.*
Pag 153. lin. 7. lege, *in ara.*
Pag 157 lin. penult. poſt ultimam vocem *portiones*, adde hæc verba. *Atq; hæc hactenus.*
Pag 171. lin 6. lege, *anno 1517.*
Pag. 178. lin. 4. lege, *ex eorum argumento.*
Pag. 179. lin. 19. lege, *tredecim ad minimum eſſent periodi.*

Pag.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Pag. 209. lin. 16. lege, *membris.*
Pag. 248 lin. 19. poſt vocem, *eqves*, adde hæc verba; *ſicut etiam ſchediaſmatis* 8. numero 14. eſt *commonefactum.*
Pag. 316. lin. 25. pro *eademq;* lege eodemq;.
Pag. ult. lin. 21. lege, lumina Chriſti.
Præfationis pag. ult. lin. 14. pro *ſtudio* lege *judicio.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-357 8° 3511